sativo tamen loqui Diphilum, fit verisimile. Hactenus de pastinaca sive dauco veterum. Recentiores pastinacam in sativam & sylvestrem dividere solent; & utramque subdividunt in latifoliam & tenuifoliam. Tenuifolia cum veterum σταφυλίνῳ descriptione convenit, latifolia vero neutiquam, sed elaphoboscum Dioscoridis esse botanicis videtur. Ἐλαφόβοσκον, sive uti apud Hesychium legitur, ἐλαφοβόσκῳ, cervi pabulum significat, quod hanc plantam cervæ monstraverint. Dioscorides lib. III. cap. LXXX. Τοῦτον φασὶν τῶν ἐλάφων νεμηθέντων, ἀντέχειν τοῖς τῶν ἑρπετῶν δήγμασι. *Cæterum hujus herbæ pabulo, cervas ajunt serpentium morsibus resistere.* Idem Plinius lib. & cap. XXII. *Quippe fama est hoc pabulo cervos resistere serpentibus.* Intelligo lector serpentum morsibus. Describitur his verbis à Dioscoride. Ἐλαφόβοσκον καυλὸς ἐπὶ λιθαιτάπλα ἢ κορύθῃ ἐμφερὴς, γιγνομένῳ. φύλλα διάκτυλα, τὸ πλάτος, ἰκανῶς ἐπιμήκη. ὡς πηδίθια, σχιζόμενα, πραχία ποσῶς. Ἔχει ὃ ὠμβελλοφυάδας ἰκανὰς ὁ καυλὸς, σκιάδια ἐχούσας ὅμοια ἀνήθῳ, ἄνθη ὑπομέλινα, ᾧ τὸ σπέρμα ἀνήθῳ ἐμφερές, ῥίζα ὡς σελαδάκτυλος τὸ μῆκος, πάχος (Mathiol. codex παχὺς ὃ ἢ πλατὺς) δακτύλου, λευκὴ, (Al. ὑπόλευκος, ἰνώδης) γλυκεῖα, ἐδώδιμος, ἔστι δὲ καυλὸς ὃ λαχανιστὴς ἀσπόρου οὖσι. *Elaphoboscum caulis est, libanotidi, aut fœniculo similis, geniculatus: folia duûm digitorum latitudine, prælonga ceu terebinthi, circumfracta, & quodammodo aspera. Habet verò caulis ipse agnatos ramulos multos, qui quidem umbellas gerunt anethi similes, flores subluteos, & semen itidem anethi: radix ferè ad ternam digitorum longitudinem, & unius crassitudinem accedit, candida, dulcis, & esculenta. Sed & caulis recens, tenellus, olerum modo in cibos reciditur.* Plinius loco citato. *Elaphoboscon feruLaceum est, geniculatum, digiti crassitudine, semine corymbis dependentibus simili effigie, sed non amaris, foliis alusatri, & hoc laudatissimum in cibis.* Descriptio hæc manca & mutila Botanicis videtur, cum nec flores, nec radices describat Plinius: digiti etiam crassitudo videtur potius cauli, quam radici, de qua nihil dicit, tributa. Pulchrius sane, ac nitidius elaphoboscus à Dioscoride delineatus. Quare ejus descriptionem, ut in aliis infinitis, præferemus. Elaphoboscí genera duo describunt veteres, quorum unum sativum, vulgo pastinaca sativa latifolia, dictum; alterum sylvestre, quod pastinacæ sylvestris nomen audit; ac à nonnullis baucia, ab aliis branca leonina vocatur, quod ursinæ brancæ, quoad radices, caules, folia, semen, & saporem, denique per omnia sit similis. Atque hanc quidem inter utramque ponunt differentiam; quod pastinaca in hortis plantetur, veluti rhaphanus & rapum, quod brancæ ursinæ non contingit, ut quæ sponte sua proveniat; deinde flos pastinacæ luteus est, instar anethi, ursina branca candidum illum profert. Ad hæc folia pastinacæ non sunt adeo acuta, nec perinde nigricant, uti brancæ ursinæ: Cæterum si odorem, si saporem, si formam denique striati caulis, latissimi seminis; prolixæ radicis, & incisorum foliorum spectes, nihil non affine in utraque herba reperietur. Monendus lector, præstantissimos hos botanicos pro branca ursina agnoscere spondylium vulgare acutum, De quo alibi, meliori occasione. Bauciam, ut dixi, pastinacam hanc sylvestrem vocarunt: cum baucia Jacobo Manlio, in luminari majore, sit pastinaca Dioscoridis & reliquorum veterum, tenuifolia videlicet dicta. Et hæc de sylvestri Batavis nota, quippe quæ non raro in incultis occurrat. Pastinacam latifoliam elaphoboscum esse, doctissimorum est opinio. Folia enim fert ampla, ex multis ad unam costam cohærentibus collecta, fraxini similia, sive ut Dioscorides ait, terebinthi; quorum singularia oblonga, digitos duos lata & ambitu serræ modo incisa, sive, ut Dioscorides, περικλασμένα, hoc est *ambitu perfracta.* Caulis rectus, striatus, ad hominis altitudinem quandoque attollitur, multis ramulosis adnascentiis præditus, hoc est, quod Dioscorides ὠμβελλοφυάδας ἔχει. In quibus umbellæ, floseulis luteis donatæ, quibus succedit semen planum, rotundumque, majus quam anethi. Radix candida, oblonga, dulcis, esui apta. Contra quidam botanici non indocti, hanc elaphoboscum esse negant, sed sisarum esse asserunt, & quod vulgo sisarum & siser Plinius elaphoboscum vocant. Utra verior sententia, ex descriptione veterum facile percipiet lector. Nos ea quæ tradiderunt examinabimus. Σίσαρον Græcis dicitur, quod singulæ radices colli ac summi pectoris ornamenta, quæ ex auro, argento, gemmisque quondam fiebant, mentiretur. Hesychius Ζυγίδιον, κόσμιον γυναικεῖον εἰς ἀντιθήλιον. Malunt alii & rectius, nomen accepisse à sio vel sione. *Nostrate*, inquiunt, *sisarum, retinet conspicua vestigia appellationis, & similitudinem sionis, alioquin ex descriptione antiquorum quibus notissimum fuerat, non satis notum, nisi hac nomenclatura & radicum conjectura.* Dioscorides lib. II. cap. CXXXIX. Σίσαρον γλάδιον ἢ ἐρίζα ἰφθίσι, ἰνσύμαχον, ἀνεμίαν, ὀρεξικὸν ἀποκλητικόν. *Siser vulgo cognitum, cujus radix elixa, ori grata est, & stomacho utilis, urinam ciet & appetentiam invitat.* Plinius lib. XIX. cap. V. *Inter medica dicendum siser, & ipsum Tiberius princeps nobilitavit, flagitans omnibus annis à Germania. Gelduba appellatur castellum* (hodie *gelb.* pagus, juxta arcem Limen Archiepiscopi Colonienſis) *Rheno impositum, ubi generositas præcipua, ex quo apparet frigidis locis convenire. Inest longitudine nervus, qui decoctis extrahitur: amaritudinis tamen magna parte relicta; quæ mulso in cibis temperata, etiam in gratiam vertitur, nervus item & pastinacæ majori duntaxat anniculæ. siseris satus mensibus Februario, Martio, Aprili, Augusto, Septembri Octobri —— Et hæc autem seritur, & siser & pastinaca utroque tempore, vere & autumno, magnis seminum intervallis, nullave minus quam ternorum pedum, quoniam spatiose fruticat, siser autem tranferre melius.* Columella. lib. XI. de re rust. cap. III. *Pastinaca, & siser, atque inula convalescunt altè pastinato, & stercorato loco, sed quam rarissime ponenda sunt, ut majora capiant incrementa; Inulam vero intervallo trium pedum seri convenit, quoniam vastos facit frutices, & radicibus, ut oculus harundinis, serpit: Nec est alius cultus horum omnium, nisi ut sarritionibus herbæ tollantur.* Siser & sativum & hortense fuisse ex Plinio discimus, qui lib. XX. cap. V. *Siser erraticum sativo simile est, & effectu stomachum excitat, fastidium absterget.* Quam vulgo pastinacam latifoliam vocamus, (ut dixi) negant elaphoboscum. sed siser esse astruunt; contra quod sisarum vocant, elaphoboscum esse statuunt. Nec invalidis utuntur rationibus. Sed primum examinabimus, puta an siser vulgare, sit veterum siser. Plurimorum & præstantissimorum botanicorum ea hæc est opinio. Contrarium tamen probatur, quod nulla in sisaro percipiatur amaritudo, sed dulcedo. Unde Belgis Suycker-wortel/ id est saccharina vocatur radix. Respondeti solet; hoc evenire ob cœli, solique diversitatem. *Me*, inquit Mathiolus, *non latet, cæpam quæ sua natura acris est, in Cajetano tamen agro, ubi plurimum provenit, nulla prorsus acredine præditam esse.* Ad hoc respondet nobiliss. Columna. Sisaron hactenus nusquam inventum esse amarum. Alibi enim vel Latino, vel Germanico agro amarum sit oportet. Omni præterea caret adstrictione: Galenus lib. IV. simpl. Σισάρου ἡ ῥίζα ἰφθίσα, ἰνσύμαχός τί ἐστι καὶ ἐμπτική, θερμαίνουσα κατὰ δευτέραν τάξιν, ἔχουσά τι καὶ πικρότητος καὶ τι σύστασις βραχεῖαν. *Sisari radix cocta, stomacho grata est, & urinam movet, secundo ordine excalfaciens, adjectam habens amaritiem quandam cum levicula adstrictione.* Non fit credibile, has facultates deposuisse, hæc omnia amisisse sisarum vulgare ac moderatè humidam & calidam, sine ulla adstrictione & amaritudine assumpsisse. Pastinacam vulgarem, antiquorum sisarum quidam esse volunt; negant hoc alii, quod nulla in hac percipiatur amaritudo, sed aromaticus sapor. Pace horum dicere liceat, incruda percipi amaritudinem quæ coctura deponitur grata dulcisque evadit & est. Alterum argumentum quod ex semine pastinaca optime proveniat, è radice verò siser; Respondeo, quod Romanos latuerit serendi ille modus, & propterea non sequi, non esse sisaron; Multa invenere recentiores, quæ ignorarunt veteres: inde non sequitur, non esse rem quam illi ignorant: sed aliter etiam huic objectioni occurri potest. Satione optima provenit pastinaca, quod fatemur, sed postquam exierit, ut major efficiatur radix, solent olitores hanc transferre, alte prius refosso, atque stercorato agro, rariusque quam cetera deponere olera. Hæc quæ dixi, ipse probat Plinius lib. XVIII. cap. V. Ad cujus verba non attendit Doctiss. enarrator Dioscoridis. Qua de causa altius ordiar. *Siseris satus mensibus Februario, Martio, Aprili, Augusto, Septembri, Octobri, brevior his est, sed*

toroſior, amarioreque, inula, per ſe ſtomacho inimiciſſima; eadem dulcibus miſta ſaluberrima. Pluribus modis auſteritate victa, gratiam invenit. Namque & in pollinem tunditur arida, liquidoque dulci temperatur: & decocta poſca, aut aſſervata, vel macerata pluribus modis, & tunc miſta defruto, aut ſubacta melle, uviſque paſſis aut pinguibus cariotis. Alio rurſus modo cotoneis malis, vel ſorbis, aut prunis, aliquando pipere aut thymo variata. defectus præcipuè ſtomachi excitat, illuſtrata maximè Iuliæ Auguſtæ quotidiano cibo. Supervacuum ejus ſemen quoniam oculis ex radice excifis, ut harundo ſeritur. (Hactenus dicta ad inulam pertinent, poſteriora vir magnus ſiſaro adſcripſit) *Et hæc autem ſeritur, & ſiſer, & paſtinaca utroque tempore, vere & autumno magnis ſeminum intervallis, nullave minus quam ternorum pedum, quoniam ſpacioſè fruticat. ſiſer autem tranferre melius.* Eundem cultum obſervat & hodie olitor. Prius ſemine paſtinacam, ut cętera olera, ſerit; deinde opportuno tempore, prius altero ſolo refoſſo ac ſtercorato, ut melius convaleſcat, atque grandior fiat, transfert. Tertium argumentum, quo hanc deſtruere conantur ſententiam, nullius valoris eſt. Paſtinaca, inquiunt, latifolia, ad venerea non convenit, uti vulgare ſiſer, quod in Suecia mulieribus notum, quæ, ut Heroldus ſcribit, præparant maritis, atque uſum ejus norunt. Sed vulgatam paſtinacam ad venereos uſus conferre, norunt & Batavicæ mulieres, & ſapor ipſe odorque plantę hoc docet. Nunc an vulgaris paſtinaca cum elaphoboſci ſatis conveniat deſcriptione inquirendum. Hoc negant docti quidam botanici, his argumentis moti, quod radix paſtinacæ amari quid habeat, nec dulcis ſit. Sed reſpondent coctura deponere amarorem, & de cruda non agere Dioſcoridem, quod ad veritatem magis accedere videtur. Vel reſponderi poteſt, Dioſcoridem ad ſuperantem attendiſſe ſaporem; maxime cum ſciret coctura amarorem deponi, quæ minus in hac radice percipitur. Cocta enim radix paſtinacæ Majoris, & dulcis & aromatica eſt, orique grata; Quod extra omnem eſt controverſiam. Addunt tamen alterum argumentum, quod digitorum trium longitudinem multum excedit paſtinaca. Sed hoc loci ratione facile fieri poteſt, præterquam, quod non ſoleat ad radicum longitudinem adeo exactè attendere Dioſcorides. Pœoniæ maris, palmarem inquit, cum ſit major multo; Ariſtolochiæ, & paſtinacę, Dodrantales ait, cum dodrantem longè ſuperent. Idem craſſitudine digitali ſymphyti dicit radicem, cum craſſiorem eſſe, ipſa docet autopſia. Hæc itaque ſolo cœloque debentur. Quartum addunt argumentum, quod ſemen ferat foliaceum, duplex, compreſſum, angelici vulgo dicti, ſemini ſimile. Sed ſemen magis magnitudine quam forma ab anetho differt. Nunc an vulgare ſiſarum elaphoboſcum ſit, examinandum eſt. Quod nobis non videtur; Floſculos enim fert albos ſiſarum, luteos vero elaphoboſcum: Folia ſiſari levia ſunt, non ut elaphoboſci aſpera: ſed reſpondetur, folia ferre laverii aut paſtinacę vulgari ſimilia, ſed terna, ex oppoſito petiolo hærentia, atque unicum in extremo, ut in terebintho, per ambitum ſerrata, dentibus acutis, tactu aſperis, latis ac duobus digitis longis. Quare verbum illud τραχία, non ad foliorum ſuperficiem, ſed circumferentiam refertur, atque non hirſuta, ſed aſpera interpretandum eſt hoc loco, ſicuti ejuſdem Dioſcoridis eſt exemplum in capite de helleboro nigro, ubi folia aſpera eſſe dixit, per verbum τραχία, quod nec eo loco hirſuta interpretari poteſt. Nulla enim nigri quidem Hellebori folia hirſuta eſſe ſcimus, ſed ſerraturis acutis circum aſpera: Prętera Dioſcorides folia hirſuta per verbum δασία deſcribit. Non diſputabo, an τραχὺς *hirſutus* exponi debeat, aut poſſit, ſed reſpondebo nullam aſperitatem in foliis ſiſari reperiri. Nam τὸ τραχὺ de inciſuris intelligere, quæ nec aſperæ, inauditum eſt; nec uſquam Dioſcorides eo ſignificatu hoc verbo uſus eſt. Semper τὸ τραχὺ φύλλον, aſperum folium de ſuperficie, totoque intelligitur folio. Aliud addam argumentum ſiſarum radicem ferre multiplicem, id eſt in plures inſtar aſphodeli & pœoniæ diviſam, cum Dioſcorides unicam dicat elaphaboſci digitali craſſitie. Ad quod reſpondent hoc caſu eveniſſe. Nam hæc planta, & ſi multiplici ſit radice, non ſemper multas habet radices, cùm ſemine difficulter exeat, atque radice ſeratur. Ergo una ex illis avulſa, reliquæ omnes ſunt cognitæ; Quare non erit abſurdum dicere, Dioſcoridem plantam ſibi allatam unica radice vidiſſe, vel potius relatori fidem adhibuiſſe, qui radicem tribus digitis longam, & digito craſſam eſſe affirmavit; nihil diſtinguendo de multiplicitate. Et ſic Dioſcorides ignarus forſan multitudinis, hujus deſcripſit plantæ radicem, putans ſufficere, ſi radicem deſcriberet, quæ ſit unius digiti craſſitudine, & trium longitudine. Neutrum credibile. Dioſcoridem unicâ radice plantam hanc deſcribere, à veritate abhorret; idque quod folia, caules, flores, ſemina deſcribat, ſed talis ſiſari planta pluribus donata eſt radicibus. Nemo unquam ſiſari florentem vidit plantam, una ac ſimplici radice conſtantem. Ex relatione non deſcripſiſſe elaphoboſcum, ex eo patet, quod plantas minus cognitas huic comparet, uti phy, vide cap. VII. hujus libri. Non ſolet ignotum per minus cognitum deſcribere Dioſcorides, ſed incognitum, per vulgare ac familiare. Aliud addo argumentum, elaphoboſci radix calida & ficca eſt. Galenus lib. VI. ſimpl. Ἐλαφόβοσκος ἰσχνύει, καὶ λεπτομερῆς ἐστι δυνάμεως, καὶ ἐξ ἴσου τέτου καὶ ξηραντικὸς κατὰ τὴν δύναμιν πέμπτου καταστάσεως. *Elaphoboſcus facultatis eſt excalfactoriæ, & tenuium partium, & proinde exſiccatoriæ, ſecundo maximè exceſſuum ordine.* Ex his colligere lector poterit, probabiliorem eſſe eorum ſententiam, qui paſtinacam latifoliam elaphoboſcum ſtatuunt, quam eorum qui ſiſarum vulgare eſſe aſſerunt. De ſiſaro veterum certi quid ſtatuere vix poterit quod paucas de eo notas reliquerint antiqui, ex quibus tamen vulgare ſiſaron non eſſe veterum, facile probatu vidimus. Nec ex paucis, quas habemus, auderem dicere, paſtinacam latifoliam ſiſarum eſſe. Nam plura eo modo coluntur, & plura ſunt quæ radicem nonnihil amaram, attamen edulem habent. Cichorium Belgæ cum oleo & aceto comedunt libenter, orique eſt gratum, amarum tamen. nec dictam ſpernit culturam.

Plantam, quam ſeſeli vocant, Plinio fi credimus, invenerunt cervæ. Hic lib. XXV. cap. VIII. *Simplicius cervæ monſtravere elaphoboſcon, de qua diximus, item ſeſeli, enixæ à partu: Dictamnum oſtendere (ut indicavimus) vulneratæ, paſtæ ſtatim decidentibus telis.* Verbum *enixæ* non reperiri in antiquiſſimo codice, ſcribit Doctiſſ. Pintianus: ſane ſuperfluum eſt. Nam quæ enixæ ſunt, à partu ſunt, & quæ à partu ſunt, enixæ dicuntur. Corrigit maximi nominis auctor; *Item Helxinen à partu. Nam* inquit *primæ editionis Plinianæ & ſcripta ejus exemplaria legunt.* Item helxinen à partu. (Doctiſſ. Dalechampius *Helſine* ſcribi auctor eſt. *Falſum*, ait idem *ſeſeli cervas oſtendiſſe à partu, aut enixas: etenim ante partum, ut facilius eo defungerentur, id expetebant.* Plinius lib. XX. cap. V. De ſeſeli. Sunt & folia utilia, ut quæ partus adjuvent etiam quadrupedum. Hoc maxime paſci dicuntur cervæ parituræ. *Ergo cervæ parituræ ſeſeli oſtendere, & ante partum, non enixæ, nec à partu. Et ratio in promtu, quare cervæ parituræ gramen illud conſectentur: Quippe quod facere ad partus quadrupedum ſolvendos, etiam Dioſcorides obſervat, his verbis de ſeſeli Maſſilitano* δίδοται δὲ αὐξῖ τὰ τῶν λοιπῶν κτήνων ἀρὸς ὑποζύγιον ποτόν. *Cæterum ad partum adjuvandum capris cæteriſque pecudibus datur in potu.* Idem Plinius lib. VIII. cap. XXXII. De cervis. *Fœminæ autem ante partum purgantur herba quadam, quæ ſeſelis dicitur, faciliore ita utentes utero. A partu duas habent herbas, quæ aros & ſeſelis appellantur, paſtæ redeunt ad fœtum.* Multa hic animadverſione digna & emendatione: ſeſelim & à partu & ante partum cervas paſci, non fit mihi verifimile, & verba Plinii ſatis clare oſtendunt diverſam eſſe herbam, quam poſt partum paſcuntur cervæ, ab ea qua ante partum purgantur; Seſeli eſſe qua purgantur ante partum vix dubium eſt, ex his quæ ſupra attulimus. Alia igitur herba eſt, quam ſeſeli, qua poſt partum paſcuntur. Helxinem eam appellat. lib. XXV. ut habent libri ſcripti. Iidem libri hoc loco ſic ſcribunt. A partu duas, quæ tamo & filelicis appellantur, paſtæ redeunt ad foetum. Illis imbui lactis primos volunt ſuccos quacunque de cauſa. Carent enim illis verbis, herbas habent. *Puto ſcribendum.* à partu duos, quæ tamos, & ſideritis appellantur, paſtæ redeunt ad foetum. *Libri quidam ſiſelicis, alii ſiſelitis* ſcribunt: *unde faciendum judico ſideritis. de ſeſeli certum eſt, ex Plinii ſententia locum hoc habere non poſſe.*

Multæ

Multæ sunt species sideritidis, at helxine etiam sideritis appellabatur. Dioscorides ἑλξίνην. οἱ δὲ πεδίον, οἱ δὲ σιδηρῖτιν, οἱ δὲ ἡσύχιον καλοῦσι, *ita Paulus Ægineta, Nicandri interpres, Apulejus, alii. Quam Plinius sideritim hic vocat, helxinem vocavit lib. XXV. Quare Helxmen aut sideritim expetant à partu cervæ, aut illa herba lactis primos imbui succos velint, ignota causa est; Ideo subjicit Plinius* quacunque de causa. *Scio apud Aristotelem scribi cervas enixas ad seseli currere* (locus est lib. IX. cap. V. hist. animal) *eoque pastas ad foetum redire.* ὅταν τέκῃ ἰσθίει τὸ χόριον τρῶτον, καὶ ἐπὶ τὴν σίσελιν τρέχουσι καὶ φαγοῦσαι, οὕτως ἔρχονται πρὸς τὰ τέκνα. *Sed Aristotelem Plinius non sequitur, aut Aristotelis in hac voce codex mendosus, & fortasse scripserit* ἐπὶ τὴν ἑλξίνην δὲ τρέχουσι. *Constat vero hic Plinium alios auctores habere, quam Aristotelem. Etenim seseli à cervis parituris appeti disertè scripsit, non ab enixis, ut Aristoteles.* Hactenus vir doctrinæ incomparabilis. Hanc, licet doctissimam, cur non amplectar emendationem, his moveor rationibus; quod non videam, cur seseli & ante, & à partu utile non sit; Ante partum, ut promoveatur, ac facilior reddatur: post partum, ut quod in utero remansit expurgetur. Deinde quo nomine helxinen, sive parietariam depascerentur ignoro. Frigida enim & adstringens est planta Dioscor. lib. IV. cap. LXXXVI. Δύναμιν ἔχει τὰ φύλλα ψυκτικὴν, στυπτικὴν, *vim habent folia refrigeratoriam & adstringentem.* Puerperis vero calida & expurgantia uterum conveniunt. Non facile præterea quis persuadebit, Plinium locum citatum non exscripsisse ex Aristotele, cujus libri omnes legunt Σίσελιν. Seseli nomen & ricinum habere supra diximus, nec repeto. Seseleos quatuor genera recensent Dioscorides Massilienſe, Æthiopicum, Peloponnense, Creticum. Massilienſe lib. III. cap. IX. describit. Σίσελι τὸ μασσαλιωτικὸν. φύλλα ἔχει ἰσοκτὰ μαϊθέρῳ, παχύτερα δὲ, καὶ τὸ καυλὸν ἐυῤῥιζότερον ἔχει. ἔχει δὲ σκιάδιον ἀνήθῳ ὅμοιον, ἐφ' ᾧ ὁ καρπὸς ἐπιμήκης, γεγωνιωμένος, (Lacuna in veteri codice scribit adde: τραχὺς, *asperum*; Serapio vero πλατὺς, καὶ παχὺς legisse videtur, hoc est *latum & crassum*) ὁριμὺς βιβρωσκόμενος παχέως, ῥίζα μακρὰ, ἐυώδης. *Seseli Massilienſe folia habet foeniculi, at crassiora caulemque vegetiorem, umbellam anethi, in qua semen oblongum, anguloſum; degustanti statim acre, radix longa est, & jucundi odoris.* Æthiopicum cap. VI. describit. Τὸ δὲ αἰθιοπικὸν λεγόμενον Σίσελι, φύλλα μὲν ἔχει ὅμοια κιστῷ ἑλάστονα δὲ ἐπιμήκη, ὡσεὶ τὰ δάφνινα μίνθα δὲ μεγας (vulgatus codex μίλας quam probat Plinius: Oribasius vero, & antiquus codex μίγας, quam probat lectionem catacur. codex, utramque experientia) ἴσα, κλήματα (vetus καυλὸς) ὡς δίπηχυ ἔχων. ἐφ' ᾧ κλάδοι διασταμιαῖοι, (διασταμιαῖος Oribas.) κιφάλαια ὡς ἀνήθου. σπέρμα ὁ μίλας, πυκνὸν (vet. πικρὸν, desiderabantur hæc in vulgatis exemplaribus, sed addit Doctiss. Saracenus ex codice antiquo Lacunæ, itemque ex Oribasio.) ὡς πυρὸς, ὁριμύτερον ὁ δὲ ἐυωδέστερον δὲ μασσαλιωτικῆ, ἡδὺ ἰχυρῶς. *Quod vero Æthiopicum seseli appellatur, folia habet hederæ, sed minora & oblonga ceu periclymeni. Frutex grandis est, palmitibus fere bicubitalibus, ramis dodrantalibus, & capitulis velut anethi, semine nigro, ac ceu tritici denso, verum acriore & odoratiore, quam sit Massilienſe, ac valde suavi.* cap. IXII. Peloponnense describit, in nonnullis etiam antiquis capiti præcedenti conjunctum est. Τὸ δὲ ἐν πελοποννήσῳ γινόμενον, φύλλα ἔχει κωνείου τραχέα πλατύτερα ὁ (Lacuna in veteri τραχύτερα scribi auctor est) καὶ παχύτερα. καυλὸν μείζονα δὲ μασσαλιωτικῆ, ταρδηκειδῆ, ἐπ' ἄκρῳ δὲ τέτα σκιάδιον πλατύ. ἐν δὲ τέτῳ καρπὸς πλατύτερος (Anguillaza in codice quodam legit πυκνότερος, densius) καὶ ἐυώδης ἐλαφροδέστερος. Δύναμιν ὁ τὴν αὐτὴν ἔχει. φύεται ἐν τόποις τραχέσι ἐφύγρεσι καὶ γυμνοῖς. φύεται ὁ καὶ ἐν Ἴδῃ (Marcellus & Ruellius videntur legisse νήσοις *insulis*) *Quod autem in Peloponneso nascitur, folia habet cicutæ, sed latiora & crassiora, caulem supra Massilienſis magnitudinem, ferulaceum, & latam in cacumine umbellam, in qua semen latius, odoratum & carnosius pendet. Iisdem præditum est viribus. Nascitur in asperis & uliginosis atque collibus. gignitur & in Ida.* Quartum genus tordilion vocatur, pro quo versus gratia apud Nicandrum scribitur, κατ' ὄρδιλον, Locus est in Theriaca Κίκυμβά τ' ὄρδιλον τε σελινίδες Cicamaque ordilumque virens. Scholiastes τὸ δὲ ὄρδιλον σπέρμα τι λαχανώδες ἐστι *semen est oleraceum.* Apud Æginetam lib. VII. Littera γ legitur γόργυλον, οἱ δὲ σίσελι. Τορδύλιον nomen impositum, quod semen ferat copiosum, circinatum, quasi toreumatis elaboratum, orbiculatum, compressum, geminisque valvulis conflatum, clypeoli speciem referens. Describitur à Dioscoride cap. 63. Τορδύλιον, ἔνιοι δὲ σίσελι κρητικὸν καλοῦσι, φύεται ἐν τῷ ΚΞ Κιλικίαν Ἄμανῳ (aliter ἀχαΐνῳ perperam) Ἔστι δὲ βοτάνιον φρυγανώδες, ἔχον σπέρμα πλατὺ θερμαῖνον, διαπέπτον, ὄφεσιν καταδήκτοις, (Aldus καινοῖς ἐπὶ) ὑποδρίμυν, ἐ δηκνικτίζον.

Tordylion, seseli Creticum.

Tordylion, quod aliqui Creticum seseli vocant, in Amano Ciliciæ monte nascitur, herbula surculacea, exiguo semine eoque rotundo ac duplici, scutulorum effigie, subacri, & aroma olente. In veteri codice verba hæc fini hujusce capitis adscribi refert Goupylus. ἔχει δὲ κλάδια πολλὰ πορφυρίζοντα, μηλίζοντα, πορφυρίζοντα, καὶ ἐπ' ἄκρῳ ὅμοια, προσφυλοειδῆ ἔχοντα ἴσως ὡς σπέρματα τὰ ἄνθη. alias ἔχοντα ὡς σπερμάτια τὰ ἄνθη. *Habet autem ramulos multos ad porraceum, luteum, & purpureum colorem vergentes, & in cacumine similes, qui rotundæ figuræ intrinsecus, semina veluti flores habent.* Hæc Cornarius ad notha relegavit, in contextum retulit Hermolaus, suspecta sunt (& merito) Marcello; idque quod neque in Oribasio neque Serapione reperiantur; tum quod eandem rem non soleat bis describere Dioscorides. De seseli generibus hæc Plinius libro XX. cap. V. *& quoniam pleroſque similitudo nominum Græcorum confundit, contexemus & de filis: sed hoc est vulgaris notitiæ. Optimum Massilienſe. Lato enim grano est & fulvo. Secundum Æthiopicum nigrius. Creticum odoratissimum omnium. Radix jucundi odoris est. Semen ejus esse & vultures dicuntur.* Corruptum codicem quorundam opinio. Corrigunt, *contexunt & de seseli, hoc est vulgatæ notitiæ. Ex seseli* vel *sesedi*, manavit vitium lectionis vulgatæ *sili*, sed haud scio, an vox sili rejicienda. Nam apud Festum legere est; *Silatum antiqui dicebant, quod nunc jentaculum dicimus, eo quod tum jejuni, vinum sili herba conditum, absorbebant. Nigrius Æthiopicum*, inquit. Probat ergo vulgatam Dioscoridis lectionem. *Creticum odoratissimum omnium. Radix, &c.* Quod Dioscorides de Massilienſi, hoc Plinius de Cretico, cujus radix non est jucundi odoris. Idem Plin. lib. XX. cap. XXII. *Adjicitur tordylion, est autem id semen ex seseli.* Hoc falsum est. Dioscorides seseli Creticum sic vocari scribit, quod Ægineta & alii asserunt. Et hæc de seseleos generibus veteres. Affirmavit Lucas Chinus, excellens rerum simplicium censor, circa viginti plantas descriptioni

seseleos Massilienſis convenientes, se noviſſe. Adverſariorum auctores duas plantas seseli Massilienſis nomine oſtendunt, quarum prior seseli Massilienſe numerorum, folio ferulæ vocatur; altera folio foeniculi craſſiore, putaturque esse Dioscoridis. Foliis surgit ferulæ, aut dauci Cretici facie, majoribus, latioribus, craſſioribus, latiusque sparsis fœniculi, caulis bicubitalis & procerior, semen in umbellis mei, compreſſum, anethi carnoſius, guſtu seseli Æthiopici, aut Peloponnenſis, valde aromaticum. Alterum seseli planta est subcandida, ramoſa, palmaris, aliquando sesquipalmaris, quæ ex radice alba, fœniculi effigie, longiſſima digitali etiam craſſitie, nonnunquam satis aromatica ac fœniculi odoratior & calidior alte humi depacta, evulsu difficilis; caulem emittit sequicubitalem: ferulaceum, ſtriatum, prædurum, rigidum, qui mox in alios reflexos & rigidos variatur. Foliis est paucis, cinereis, firmis, exilibus, minutim inciſis, craſſioribus quam fœniculi, umbellas habet copioſas, albas, rarius purpuraſcentes, cujus flores ſinguli quinis foliolis componuntur albi anethi non diſſimiles. Succedit his semen oblongum, apii forma, acre, odoratum & calidum. In Maſſilienſi agro, Narbonenſi & Monſpelienſi reperitur. Variat genus hoc in foliorum craſſitie, tenuitate, longitudine, brevitate, & diviſura. Alii ſiler montanum officinarum, Maſſilienſe seseli exiſtimant. Quorum opinionem minus probo, quod folia fœniculo non ſunt satis ſimilia, ſemenque non ſit anguloſum, tum quod ſit majoris acredinis, & efficacitatis quam ullum seseli, eoque menſtruis ciendis perquam commendatum. Folia edit ampla & in multas partes diſſecta, quorum ſegmenta latiora multo ſunt quam peucedani, atque ſemper terna ab uno pediculo cohærent, inſtar foliorum trifolii, aut meliloti, ipſis tamen anguſtiora ac molliora, nonnihil, ſi confricentur, odorata. Caulis tenuis, geniculatus, duorum ſubinde cubitorum, craſſior ac procerior eſt quam anethi, umbellæ prægrandes, ut angelicæ floſculi candidi, ſemen oblongum, foliaceum ut fœniculi, ſed longius & craſſius, majus etiam quam cumini, ſed acrius, alioquin ipſum non modo colore, ſed & ſapore quodammodo referens, quod guſtu etiam ſaccharo conditum acrius quam Æthiopicum eſt, tanto magis quam Maſſilienſe, cui acrimonia præfert Dioſcorides Æthiopicum. Radix albida, odorata, in altum deſcendit, in officinis nonnullis ſemen hujus pro ſeſelios venditur, quanquam & prioris etiam reperiatur. Æthiopicum, aliud herba, aliud frutex eſt. De Herba ſupra capite de libanotide egi. Frutex quod Dioſcorides lignoſis fruticat cauliculis, rectis, rigidis, odoratis ſubnigricantibus, rarò ſubrubentibus, bicubitalibus aut tricubitalibus alas profert cubitales, folia oblonga, lævia, mediocriter lata, dilutè & ex albido virentia, longiora quam hederæ, ad periclymeni Germanici accedentia, umbellæ luteis cinguntur floſculis. Semen ſuccedit quam fœniculi majus, fuſcum, oblongum, copioſum, guſtanti præbens ſaporem aromaticum, acrem, ſubamarum, & medicatum, odorem ſpirans gratum ſuavemque, quo tota ſtirps donata eſt, à ſummo ad imam uſque radicem: quæ longa, lignoſa, reſtibilis, uti totus frutex. Pro ſeſeli Peloponnenſi doctiſſimi nonnulli botanici exhibent ſtirpem, à celeberrimo Cluſio Thapſiæ nomine deſcriptam. Ferulacea ſtirps eſt, caule cubito altiore, quandoque bicubitali, digiti craſſitudine, nodoſo, intus cavo, ac fungoſo, foliis magnis, amplis, varie diſſectis, ſubhirſutis umbellis gtandibus, latis: flore luteo, ſemine lato, oblongo, plano: radice craſſa, longa, exterius nigricante, interius albida, lacteo ſucco turgente, qui guſtu amarus ac acris, nauſeam excitet & non raro vomitionem. Poſteriora ſatis oſtendunt non eſſe ſeſeleos genus. Nullum enim lacteo turget ſucco, nullum vomitiones movet, nullius radix amara, ſed omnium odore commendabilis ſemen reliquis non ſatis ſimile. Aliam quandam plantam alii oſtendunt ferulaceam, quam nego legitimum ſeſeli Peloponnenſe eſſe, quod fœdo ſit odore, ac cicutæ ſimili moleſta. Peloponnenſe legitimum me hactenns non viditſe fateor. Seſeli Creticum eſt aut majus, aut minus, ut vulgo dicitur. Bellonius lib. 1. καυκαλίτζαν hodie appellari dicit in Græcia, & inter olera comedi, nomine, ut videri queat, ἀπὸ τῆς καυκαλίδος detorto caucalin verò καφκάλυτζαν, teſte Honorio Bello vocant. Minus humilis herba eſt, tenui cauliculo, hirſuto, rigido, aſpero dodrantali aut altiore: foliis cerefolii rotundioribus diſſectis, ambitu crenatis, floribus in umbellis albidis, purpureis ſemine lato, rotundo, duplici ambitu, veluti limbum habente, clypeoli ſpeciem referente, aut, ut Dioſcorides ἀσπιδίσκους, id eſt *exiguis ſcutis* ſimili, odorato ac nonnihil acri. Majus fruticoſius multo, longioribuſque foliis, & bicubitalibus caulibus, in pratis Latrenſibus, Monſpeliaci agri, & in hortis Belgii occurrit. Nonnulli meum seseli Creticum esse crediderunt. Horum error ex eo deprehenditur, quod ſemen mei, non ſit rotundum, nec duplici ſcutorum effigie, ſed anguloſum eſt, cumino majus & cum acrimonia amaricans. Errandi occaſionem præbuit Plinius lib. xx. cap. xxiii. *Meum*, inquit, *in Italia non niſi à medicis ſeritur, & iis admodum paucis. duo genera ejus. nobilius Athamanticum vocant, illi tanquam ab Athamante inventum, hi quoniam laudatiſſimum in Athamante reperiatur, foliis aniſo ſimile, & caule aliquando bicubitali, radicibus multis, & obnigris quibuſdam altiſſimis, minus ruffum quam illud alterum.* Falſum eſt in Italia hodie non niſi à medicis paucis ſeri meum. Plinii ævo, eadem in regione, peregrinum fuiſſe non nego, penes auctorem tamen fides eſto. Duo, inquit, esse genera, nec quæ ſint nominat, unius meminere Græci, ſed duabus in regionibus naſci, Hiſpania & Macedonia; hinc duo Plinius genera finxit. In Athamante præſtantiſſimum, inquit. Athamas Phthiotidis Theſſaliæ mons eſt. Scribe pro aniſo, anetho, vel dic Plinium nunquam meum vidiſſe. Dioſcorides lib. 1. cap. iii. μῆον τὸ καλούμενον (vox hæc in melioribus non reperitur codicibus) ἀθαμαντικὸν γινόμενον πλεῖστον ἐν Μακεδονίᾳ, καὶ Ἰσπανίᾳ, ὅμοιον καυλῷ καὶ τοῖς φύλλοις ἀνήθῳ, πιχύτερον ὃ καὶ ἀνήθῳ. δριμὺ τε καὶ ἀναθᾶλον (vetus addit, καὶ πολλάκις) τοῖς ῥίζαις ὑποσπαρμένον λιπτοῖς, πλαγίαις (πλαγὴς Aldinus. & cod. Palatinus) καὶ ἰσχίοις μαχαῖς, ἰνώδεσι, θερμαντικὸς τὴν γλῶτταν. *Meum quod Athamanticum denominatur, plurimum in Macedonia & Hiſpania naſcitur, caule, foliiſque anetho ſimile, ſed in eo ipſo craſſius; ad duos aliquando cubitos aſſurgens, ſparſis*

Meum Cam.

ima parte radicibus tenuibus, partim obliquis, partim etiam rectis, longis odoratis & linguam excalfacientibus. Mei quam exhibeo (ut nonnulli) iconem, vel non ſatis fideliter pictor expreſſit radicem. Vel id faciunt ut oſtendant non esse legitimum: radices enim fert dodrantales, in plures partes in obliquum, & altum divarica-

ricatas, foris nigricantes, interius candidiores, acri sapore linguam vellicant, odore sunt cum suavitate gravi. Negant nonnulli botanici legitimum meum esse. His freti argumentis, quod capillamenti densissimi non meminerit Dioscorides, quod nullam dulcedinis faciat mentionem, quod candoris apud eundem non fiat sermo, quod non videantur in rectum obliquumque spargi radices. Addunt ferè simplices & non multiplices esse, caulem præterea ad bicubitalem altitudinem non posse surgere inquiunt, quia frustum extremi caulis in medio capillitii latens, tenuius sit quam cui tanta competat altitudo. Caulis præterea anetho non est similis. Cavus enim, non solidus est. Folia & caulis anetho non sunt crassiora; & his quidam contenti argumentis. Alii addunt radices vegetiores & crassiores longe esse quam genuina expetat historia, tenues enim longasve radices meo reddidit Dioscorides, easdem odoratas dixit, cum vulgatæ graviter potius, quam suaviter oleant. eædem mansæ parum acrimoniæ resipiunt, cum Galenus tertio ordine excalfacere memoriæ prodiderit. Ad singula respondebo argumenta. Ad primum. Dioscoridis & antiquissimorum esse morem necessaria tantum describere, illud vero non esse necessarium, siquidem in plurimis radicibus bulbisque reperiuntur capillamenta densissima. Legant Dioscoridem à capite ad calcem, si modo examinent radices, rem ita habere comperient. Cyperus, asarum, plurima habent capillamenta. Ea tamen reticet Dioscorides. Ad alterum dico argumentum. Dulcedinem nullam in mei percipi radice, initio insipidum præbet saporem, mox amaricantem, demum acrem, qui linguam vellicat cum diu in ore retinetur. alibi dixi, rationem etiam addidi, quod primo statim gustu non semper sese offerat acrimonia, sed cum aliquandiu manducata sit planta. Sed dato, non tamen concesso, dulcedinem quandam præbere, an inde sequetur non esse meum? Anisi semen dulce esse nemo inficias ibit. De dulcedine tamen nihil legere est apud Dioscoridem. Idem de caro, ammi, rosmarino coronario, eryngio, aliisque infinitis dicam. Nemo tamen inde conclusit, non esse plantas à Græcis delineatas Nostro certe palato dulcedo, quæ in meo reperitur, non arridet. Ad tertium dico infinitas à Dioscoride describi radices quarum non addit colorem. Pastinacæ, barbæ hirci, oenanthis delineat radices: de harum tamen colore ne verbum quidem reperitur apud Dioscoridem, cum tamen excellat, Meique radicis candor non tantus sit, ut ejus meminisse deberet Dioscorides: ut pote ex quo nigricans potius quam candicans dici mereatur. Quintum argumentum autopsia solvit, simplex mei non reperitur radix, sed multiplex, uti botanici celeberrimi Dodonæus, Lobelius, Pena, Clusius, Mathiolus, Cordus testantur. Nihil quoque obest, quo minus caulis (quod non semel observavi) ad bicubitalem altitudinem attolli possit: Coma enim non admodum gravis. Quare licet caulis in medio tenuior sit, levem tamen umbellam ferre potest. Caulis anetho est similis. Quia geniculatus ac teres, qualis anethi. Cavus solidusve an sit, nihil facit ad rem, nec requirit hoc Dioscorides: satis est forma exteriori conveniat. Vox παχύτερον non reperitur apud Oribasium. Quare spuria putatur à viris doctis & à sciolo è margine in textum receptum; Addo radices pro cœli solique ratione tenuiores crassioresque, esse nec sunt vegetiores quam Dioscorid. requirit. Ad cujus verba paulo accuratius si attendissent, hæc non scripsissent. Ὑπισαρέντων, inquit. Non requirit tenuitatem in radicis parte superiore, sed inferiore. Docet experientia, infima in parte ubi oblique partim, & rectè sparguntur, esse tenues & longas; contra crassiores & vegetiores in superiore, ex qua caulis. Tenues has & obliquas descripsit Dioscorides, quod præstantissimæ ac in usum medicum plus quam caassiores essent receptæ. Necesse id quoque est; cum gravitate quadam odoratæ sint; quod ex verbis quæ ad finem capitis reperiuntur, probatur. Ἐπὶ δὲ καὶ κεφαλαλγὲς πλεῖον ἢ δεῖ πινόμενον. *quod si meum largius quam oportet ebibatur, capitis dolorem conciliat.* Idem scribit Galenus. At verò non aliunde fit, quam quod suaves sint cum gravitate quadam; quales docet olfactus, esse mei radices. Ad ultimum jam responsum; acres satis sunt mei radices. Illud tantum addam, in viridibus acrimoniam hanc non æque, ac in exsiccatis reperiri.

Καὶ ἡ ἠγώκλεια ἠγωκλείας nomen pluribus inditum plantis. Origano, nymphææ, panaci, sideritidi, aliisque plurimis, inter quas lithospermum. Dioscorides lib. III. cap. CLVIII. Λιθόσπερμον, οἱ μὲν ἀιγώνυχον, οἱ δὲ ἐξώνυχον, οἱ δὲ ἠγώκλειαν, ἀφ' ὧν τὴν αἰτίαν τὸ σπέρμα ἰσχύει, ὅθεν καὶ λιθόσπερμον ὀνόμασεν. *Lithospermon quod nonnulli ægonychon, alii exonychon, alii heracleam vocant, propter seminis duritiem, à qua & lithospermi nomen accepit.* Utrumque itaque nomen à semine habet, à lapidea nempe seminis duritie. Semen enim tanquam calculũ fert, duritia lapidea, candore & rotunditate margaritarum, unde belgis Peerle krupt vocatur: fruttra itaque quidam quod calculos frangat nomen accepisse autumant. Non tamen illa pollere virtute nego. Arabes milium soler vocant; quod uti Serapio scribit, ex auctoritate Aben Juliel, nascatur in montibus Soler. Officinæ milium solis dicunt, quod lucis splendore & candore fulgeat. Ægineta non plantam ipsam, sed semen lithospermon vocatum scribit. Fieri facile potest, & ipsam plantam, & semen nomen illud obtinere. Λιθόσπερμον, inquit, οἱ δὲ λεοσπερμον, οἱ δὲ ἠγώκλειον, πρὸς τῆς αἰετυνύχου φασὶ μεταφερόμενον ἐπὶ τὸ σπέρμα, λιθῶδες, λευκόν. *Lithospermum, quod alii leosporon, alii heraclion vocant, aetonychi dictæ semen est, lapideum, album, &c.* Verba hæc consideranda. A nonnullis leiosporon vocari tradit, à lævitate & glabritie nempe seminis, interpres διόσπερον legit. Lectionem hanc probat Plinius lib. XXVII. cap. XI. *Inter omnes herbas lithospermo nihil est mirabilius, aliqui ægonychon vocant, alii diospyron,* (lege diosporon) *alii heracleon.* Auctuarii etiam actor sic vocari refert; uti & Oribasius, à fulgore & splendore divino. Ægonychon, id est capræ ungulam, quam semen frutici adhærens refert. Exonychon idem vocari scribit Ægineta ἀετώνυχον quod aquilæ referat unguem. φύλλα ἔχει ὁμοια ἐλαίας, μακρότερα δὲ, καὶ πλατύτερα, καὶ μαλακώτερα, καὶ πρὸς τὸν πυθμένα ἐπὶ γῆς κείμενα. κλωνία δὲ ὀρθὰ, λεπτὰ, παχέα ὀξυχοίνου, στερεὰ, ξυλώδη Oribasius, χλοώδη.) Ἐπὶ δὲ τῶν ἄκρων αὐτῶν δίκηλα ἐκφυσι (notat Saracenus interpres Dioscorid. Doctiss. in Parisiensi codice scribi δίχηλα, verum legendum censet δίκηλα τέτταρα, διχῆ δὲ ἑκάτερα. Aldinus codex habet δίκολα, fortè ἀπὸ τοῦ δικάλα, in eadem enim significatione, δικάλα voce utitur Aristoteles, licet Doricam dialectum magis resipere videatur. viri longè doctiss. judicium probo) καυλοειδὴς, ἔχουσι φύλλα μακρὰ (Lacuna ex veteri codice, μικρὰ, quomodo etiam Oribasius & rei veritas scribendum docet.) παρ' ὃν σπέρμα (vetus addit ὑπόλευκον) λιθῶδες, τροχύλον, λευκὸν, ὀρόβου μικροῦ ὅμοιον. Lacuna τροχύλον, λεπτὸν, ὀρόβου μικροῦ ἴσον. alteram lectionem vetus codex & Oribasius probant vulg. ex. τρυχύλον μικροῦ ὀρόβου ἴσον) φύεται δὲ πρανέσι τόποις καὶ ὑψηλοῖς. *Foliis est oleæ, longioribus tamen, latioribus, atque mollioribus, & iis quidem quæ in imo à terra exiliunt humi jacentibus: ramulis rectis, tenuibus, acuti junci crassitudine, firmis, lignosis, in quorum cacumine, bifida propago cauliculorum speciem exhibet, foliis longis, inter quæ semen, lapidea duritie rotundum, candicans orobi parvi magnitudine.* Nascitur in asperis & editis locis. Videamus quam candide hæc exscripserit Plinius. *Herba,* inquit, *quinquncialis ferè foliis duplo majoribus quam rutæ, ramulis surculosis, crassitudine junci. Gerit juxta folia singulas, veluti barbulas, & earum in cacuminibus lapillos candore, & rotunditate margaritarum, magnitudine ciceris, duritia verò lapidea; Ipsi qua pediculis adhærent cavernulas habent, & intus semen. Nascitur & in Italia, sed laudatissimum in Creta nec quicquam inter herbas majore quidem (lege equidem) miraculo aspexi. Tantus est decor, velut aurificum arte alternis inter folia candicantibus margaritis; tam exquisita difficultas lapidis, ex herba nascentis. Iacere, atque humi serpere auctores tradunt; ego vulsam, non hærentem vidi. Iis lapillis drachmæ pondere potis in vino albo calculos frangi, pellique constat, & stranguriam discuti: Neque in alia herbarum fides est, visu statim, ad quam medicinam nata sit, est autem ejus species, ut etiam sine auctore visu statim noscí possit.* Legendum ex meliori codice; *neque in alia herbarum fides est visu statim, ad quam medicinam nata sit. Vt ejus specie, etiam sine auctore, usus statim noscí possit.* In duobus dissentit à Dioscoride Plinius, tum quod inquit folia esse duplo quam rutæ majora, tum quod semen ciceris inquit esse magnitudine; Neutrum in lithospermo vulgari observare licet. Doctissimorum

rum virorum opinio est, Plinium lachrymam Jobi describere. At huic folia longa, lata, & arundinacea, sextuplo & amplius, quam rutæ majora, longiora: Culmos etiam habet crassos geniculatos. Ego Plinium plantas duas confundere puto, vel non satis attendisse ad verba anagnostæ, qui cum legeret ὅμοια ἰλαίᾳ, μακρότερα δὲ τῆ ἑλατήρος, Plinius aliud cogitans intellexit, ὅμοια πηλίνῃ διαλαστῶς vel διαλῆ μακρότερα. Nisi quis malet Plinium scripsisse *foliis duplo majoribus, quam rutæ.* Idem Plinius cum libertus dictaret λευκῷ ὀρθῷ μικρῷ ὅμοιον λευκῷ ἱρεῖνθῳ, μίζαθ' putavit eum legere. Plura recentiores lithospermi describunt genera, nos duo, quorum primum repens veterum, alterum (apud Belgas frequens) erectum, quo pharmacopolæ utuntur. Repenti lithospermo multi à radice exsiliunt graciles, tenues, longi, asperi, hirsuti, purpurascentes cauliculi, humi plurima parte procumbentes; hos alterno fermè situ ab imo crebra cingunt folia oblonga, acuminata, asperiuscula ac hispida, è virore nigricantia; juxta quæ in brevibus pediculis flores apparent cerulei; quibus succedit semen in hirsutis quasillis, foliis occultum, lapidea duritie, ervi magnitudine, colore candido. radix fibrosa, perennis. Erectum, caule in multas alas ac ramulos diviso, rectè assurgit, rotundus hic, durus, subhirsutus, ac albus, folia latiora, sed breviora quam superioris, verum tactu rudia, & squalida, nigricantia, flosculi, secundum cauliculos, è foliorum sinu albidi, succedente semine per maturitatem candido, lævi; splendente, rotundo, duro, milii grano paulo majore, aut æquali, exiguis unionibus assimili. radix alte descendit, crassiuscula, adnatis multis fibris, quæ & hyeme permanet, foliis, cauliculisque peruntibus. Apud Batavos, ut dixi, hoc genus in cultis locis exit. Alterum hortense, Narbonensique Galliæ familiare. Præter genus jam descriptum alterum in Belgio reperitur quod caule foliis, & floribus respondet, verum semen minus fert candidum, asperius, ac rugosum, haud quaquam læve ac splendens.

Τὸ ἑλατήριον, Elaterium ex succo sylvestris cucumeris, confici scribit. cucumerem non describit. pauca tamen supra de eo tradidit, à nobis examinata. Sylvestrem cucumerem describit Dioscorides lib. IV. cap. CLIV. vide caput de cucumere lib. VII. quis cucumis sylvestris sit, constare arbitror. ex hoc elaterium fieri docet. Sed ex qua cucumeris parte, succus hic componatur, non docet. Facit id Dioscorides lib. IV. cap. CLV. τὸ δὲ λεγόμενον ἑλατήριον ἐκ τῶ καρπῦ τῶν σικύων (intellige ἀγρίων, de quibus cap. præcedenti egit) σκεύαζεται τὸ τοιοῦτον. *Ex fructu cucumerum (agrestium) medicamentum fit, quod elaterium vocant, ad hunc modum.* Plinius, lib. XX. cap. I. *Cucumim sylvestrem esse diximus, multo infra magnitudinem sativi, ex eo fit medicamentum, quod vocatur elaterium, succo expresso è semine.* Perperàm καρπὸν semen reddidit, ex fructu fit, non ex solo semine. Galenus lib. VI. simpl. σικύα ἀγρία, ἧς ὁ τῦ καρπῦ χυλὸς, ὃν ἑλατήριον ὀνομάζεσι. Quomodo conficiatur elaterium, ac præparetur, non est hujus loci, idscire qui velit, adeat Dioscoridem loco citato: Duo hic consideranda, quid veteres elaterii nomine intellexerint, & locus exponendus Hippocratis. Elaterii vocem latè vel strictè capiebant antiqui. strictè pro cucumeris tantum succo, sive medicamento ex eo compositio. latè vel pro omni deleterio medicamento, quavis evacuatione hominem necante, vel pro valido purgante. Pollux lib. V. cap. XXVII. καὶ φαρμάκων. φάρμακον, ὀλίθριον, θλιπτήριον, θανάσιμον —— ἀφ' ἧς ἔιποις ἂν τὴ φονικὴν φάρμακον. οἱ δὲ τὴ ἑλατήρια φάρμακα εἶναι τύτε πάθεσιν, ὡς ἀφὸ κινήσεως ἀναιρῶντα ὥσπερ τὸ ἀνήνιον τὸ τὸ ἰκλίδος, τὸ γὰρ κώνειον κατὰ ψύξιν ἀναιρεῖ, ὥσπερ ὁ μανδραγόρας καὶ καρδάμειον, &c. *Deleterium pharmacum elaterium*, inquit, *inanitione quacunque hominem tollens. quale helleborus, aconitum, etiam cicuta quæ refrigerando extinguit calidum innatum, nec non mandragora quæ caput aggravando, vel quasi ebrium reddendo interficit.* Hippocrati elaterium medicamentum est quod per alvum expurgat. Galenus in gloss. ἑλατήριον δὲ μόνον λέγε τὸ ἀχρὶς σικύα γεγνόμενον, ἀλλὰ & πᾶν τὸ τὴν κάτω κοιλίαν καθαῖρον, *non solum quod ex agresti cucumere præparatur medicamentum, sed quicquid deorsum purgat ventrem.* Idem Galenus comment. V. in libr. VI. Epidem. aphoris. XXXIV. Ubi Hippocrates γυνὴ, αἷς ἑλατήριον, ἢ σίκυον ἄγριον βεβρωκυῖα, παιδίοις κάθαρσις, *pueri purgantur si mulier, aut capra cucumerem sylvestrem edat.* Ad hunc locum Galenus, ἐκ ἑλατήριον μόνον, ὥσπερ ἐπὶ σικύα ἀγρίας χυλὸς, ἀλλὰ & ὃ δὲ σίκυον μόνον μὴ ἀφεστηκὸς μίσυ, καθαρτικὸν ἴσχυσι τὸ γάλα τῶν ἠλαζόντων χοίρων, ἀλλά κὰν ἄλλο τι τῶν ἁπλῶν ὀνομαζομένων φαρμάκων. *Non elaterium solum, quod est cucumeris agrestis succus, quemadmodum neque si cucumerem solum puerorum lactantium lac purgatorium habent; verum etiam si aliud quodvis medicamentum subductorium appellatum assumserint.* Locus Hipp. reperitur de superfœtatione, & ἢν μὲν ἀπὸ τῆς πυελήσιος ἀποχωρήσει, εἰ μὲν, ἀφαλείψας τὸ τίμα τῆς μήτρης ἑλατηρίῳ παχεῖ, διεὶς ὕδατι, ὅκως ὠδῖνα ἐμποιήσῃ, & *siquidem per fomentum discesserit, bene habet; sin minus, os uteri elaterio, hoc est medicamento agitatorio, crasso, aqua diluto illinito quod partus dolores auferat.* Per elaterium intelligunt medicamentum aliquod fœtum exagitans, & expellens, potius quam elaterium ex cucumeris agrestis succo expressum, quod fœtum perdit, ut testatur Dioscorides. Crassum autem medicamentum, aqua dilui vult, quo facilius illinatur; quam ad rem galbanum cum myrrha est convenientissimum. Et hæc quidem vulgata est expositio. Contraria nobis opinio probabilior videtur. Elaterium præscribi ab Hippocrate confectum ex succo cucumeris, idque quod eodem hoc libro ad eundem affectum id non semel præscribat, uti pagina sequente, καὶ τὸ ἑλατήριον τὸ δὲ ποίων φασηφίνεω, & τῆς κολοκυνθίδ' ἄγρι' ὁσαύτως. *& cucumeris agrestis succum, eodem modo præparatum, similiterque colocynthidem sylvestrem in subdititio apponitur.* Nemo hoc loco elaterium, pro alio quodam medicamento, quam cucumeris præparato succo accipiet; alioqui sylvestris colocynthidos non meminisset, quæ etiam, teste Dioscoride, fœtum necat, lib. XXIV. cap. CLXXVIII. ἐμβρυά τε φθείρει φασηφίνεω, *subditæ cædem fœtus enecant.* Idem de elaterio tradit κινεῖ δὲ τὸ ἑλατήριον καὶ ἔμμηνα καὶ ἔμβρυα κτείνει ὑποθέτῳ *menses quoque ciet partusque enecat in pessu subditum.* Nihil itaque ad rem facit, quod necandi vi præditum elaterium. De elaterio itaque sylvestris cucumeris succo locus accipiendus Hippocratis, sed quale est ἑλατήριον παχύ? Nemo duo elaterii genera dixit nec aliud crassum, aliud tenue reperitur. Puto scribendum ἑλατηρίῳ παλαιῷ. Antiquum laudant & præferunt antiqui Græci. Facilis παλαιῷ in παχεῖ lapsus, nec mutatio magna. Facile fieri potest exscribentis fuisse errorem, qui cum nesciret probari antiquum elaterium, παλαιῷ mutavit in παχεῖ, quanquam id negligentia ut factum fuerit, vero non absimile.

Quæ sequuntur corrupta admodum sunt, nihil ineptius, quam hippomanes vel hypophæstum nasci ex tithymalo. Hippomanes quid sit, docet satis luculenter excellentissimus Salmasius in exercitationibus Plinianis: quem lector consulat. Hypophæstum spinosa est planta de qua lib. VI. cap. VI egi. Sensus verborum hic est, uti ex sylvestri cucumere elaterium præparabatur; ita ex tithymalo succus colligebatur. vide cap. XII. hujus libri τῶν ὀπίζουσιν —— κάτω μᾶλλον. Merus succus è tithymalo colligebatur; at elaterium factitium erat, & componebatur è cucumere sylvestri, Ideo dicit Theophrastus καὶ τὸ θυμάλειον, ἐξ ἧς ὁ ὀπὸς μόνον. Nemo unquam memoriæ prodidit; tithymalum facultate pollere equos vel equas ad rabiem coitus pellendi & cogendi.

Φύεται ὃ ἐπὶ πλέον. Hæc corrupta esse, ratio docet. Πλεῖον enim & ἐπὶ πλέον idem ferè, bis etiam eadem in periodo φύεται: alterum itaque supervacuum. Nihil ad vulgatam lectionem propius accedit, quam φύεται ὃ ὑπόφοιος, quod scioli transposuerunt, ac tithymalo subjunxerunt. Ex Hypophae, non secus ac tithymalo, succum colligi, auctor est Dioscorides: vide cap. V. lib. VI. An circa Cleitoriam optimum & pulcherrimum fit, me fugit. Illud credendum, quod parva mutatio ἐπὶ πλέον in ὑπόφοιος. Non minus ineptum, quod Nicandri scribit Scholiastes ex auctoritate Theophrasti tithymalum panaces fieri & dici. Θεόφραστος inquit, τὴν θυμαλίν φησὶ πάνακες γινέσθαι καὶ λίγεσθαι. Hæc ostendunt tempore hujus scholiastis, locum hunc corruptum fuisse, vel ipsum perperam legisse.

Καὶ τὸ πιτρεῖον, πιτρεῖον quæ sit planta, ignoro. Nihil de hac Dioscorides, Plinius, nec Galenus, &c. Puto scriptum fuisse καὶ βοιωτίαν, & Ψωφίδα πλείστη. In Boeotia & Psophide nasci auctor est Dioscorides: vide quæ supra cap. de panace dicta sunt. Non male fortassis restituet quis ἡ δὲ παιώνεια ἐρεθίσμα γίνεται καὶ Ψωφίδα πλείστη, &c. Hæc, ut dixi, lectio non displicet,

cet, eo minus quod ex hoc panace; ſuccus, opopanax dictus, colligatur. Nulla ut dixi planta πτερωὸν vocatur, Quare corruptus codex, quod ſequentia oſtendunt πλείστη καὶ ἀρίστη: Alioquin, πλεῖστον καὶ ἄριστον legendum eſſet.

Τὸ ϗ μωλυ. Molyos hiſtoriam hoc capite enarrabimus. Molyos nomine non una gaudet planta. Moly enim non tantum planta bulboſa, ſed etiam rutæ ſylveſtris radix. in Cappadocia, & Galatia moly dicebatur. vide cap. VI. libr. VII. hiſt. μῶλυ dicitur ἀπὸ μὴ καὶ ὄλλυμι, ſive ὄλλυμι, quod ab interitu conſervet; vel ἀπὸ τοῦ μαλύειν τὰς νόσους, à *mitigandis, ſedandiſque morbis.* Aliud tamen etymon Ptolemęus Hepheſtion adfert. Περὶ δὲ παρ' Ὁμήρῳ μώλυος τῆς βοτάνης, ἣν οἱ δὲ αἵματος ἀναρρήκτου οὖσαν τῆς Κίρκης νησίῳ γίγαντος λέγουσι φόνευμα, ἣ καὶ τὸ ἄνθος ἔχει λευκόν. ὅτι ὁ συμμαχῶν τῇ Κίρκῃ καὶ ἀνελὼν τὸν γίγαντα ὁ ἥλιος ἦν. μῶλυ δὲ ϗ μάχη, ἐξ ἧς ἡ βοτάνη. *De moly deinde herba apud Homerum agit, quam è ſanguine interfecti, in Circes inſula, gigantis, enatam ferunt, habereque candidum florem. Circes autem in pugna ſocium ſolem, etiam gigantem, interemiſſe, atque inde, quod* μῶλυς *pugnam ſingificet, inditum herbæ nomen.* Locus Homeri quem citat auctor hic, & Theophraſtus cæterique Græci, reperitur lib. X. Odyſſ. ubi poëta contra Circes veneficia Mercurium Ulyſſem armaſſe molyos herba ſcribit.

ὡς ἄρα φωνήσας πόρε φάρμακον ἀργειφόντης
ἐκ γαίης ἐρύσας, καί μοι φύσιν αὐτὸς ἔδειξεν,
ῥίζῃ μὲν μέλαν ἶσκε, γάλακτι δ' ἶκελον ἄνθος·
μῶλυ δὲ μιν καλέουσι θεοί.

Sic fatus divulſam è terra porrigit herbam
Mercurius, ſimul & naturam me docet hujus.
Radix nigra huic, ſed lactis flos concolor exit
Moly vocant ſuperi.

Putavi quondam legendum ῥάιτὴ μέλαν, μίλαν, quod Theophraſtus radicem cepæ comparat; verùm cum diligentius ad ſingula attenderem, vocem μέλαν ſervandam didici. Idque ex Ovidii lib. XIV. Metamorphoſeos.

Pacifer huic florem, dederat cyllenius album;
Moly vocant ſuperi, nigra radice retentum.

Moly ſupra diximus etiam rutam ſylveſtrem dici. Sed de ea non intelligi debere verſus Homeri (uti viri Doctiſſ. crediderunt, magnorum etiam & antiquiorum auctoritate moti,) ex Theophraſto antiquiſſimo, ac Homeri ævo proximo auctore (cui idcirco fides præ cęteris recentioribus debetur) palam fit. Hic radicem cæpę ſimilem moly habere tradit; etiam ſcillæ folia; qualia non habet ſylveſtris ruta. Moly porro bulboſum, (ita candide lector liceat, à ruta diſtinguere) aliud eſt Theophraſti, aliud Dioſcoridis, uti ex utriuſque deſcriptione diligens cognoſcere poterit Botanicus. Molyos Theophraſti non meminit Galenus, ſed Dioſcoridis, quod μύλην vocat. Μύλης, inquit, ἡ ῥίζα μικρῷ βόλῳ ὡχρωδεῖ ὑπαρχουσα, συναπτικῆς ἐπὶ δυνάμεως. *Mylæ radix parvo bulbo ſimilis, facultatis contrahentis.* Series alphabetæ μύλην ſcripſiſſe Galenum, oſtendit. Theophraſtus moly ea facie eſſe inquit, qua deſcribit illud Homerus, (talis enim verborum Theophraſti ſenſus) nempe folio ſcyllæ, radice rotunda, non abſimili cepæ. Verum in eo erraſſe Homerum ait, quod non difficile, ſed facile evellatur. Homerus loco citato.

μῶλυ δ' μὲν καλέουσι θεοί, χαλεπὸν δὲ τ' ὀρύσσειν
ἀνθρώποις γε θνητοῖσι· θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται.

Ab hominibus non ſine difficultate effodi ait. Verum quod homines non poſſunt, id Deos præſtare. Perperam legitur apud Theophraſtum φάνιον. φίνιον ex Stephano legendum eſſe conſtat. Hic ἔστι πολίχνη, Φίνιος πόλις Ἀρκαδίας. Idem apud Plinium legitur, cujus verba quæ lib. XXV. cap. IV. reperiuntur examinabo. *Laudatiſſima,* inquit, *herbarum eſt Homero, quam vocari à Diis putat moly, & inventionem ejus Mercurio aſſignat, contraque ſumma veneficia demonſtrat. Naſci eam hodie circa Pheneum, & in Cyllene Arcadiæ tradunt, ſpecie illa Homerica, radice rotunda, nigraque, magnitudine cæpæ, folio ſcyllæ, effodi autem difficulter. Græci auctores florem ejus luteum pinxere, cùm Homerus candidum ſcripſerit. Inveni è peritis herbarum medicis, qui & in Italia naſci eam diceret, afferrique Campania vidi* (ſic legendum, vel *afferrentque* vel *offeretque è campania mihi* non, ut vulgo legitur, *adferrique Campania mihi*) *aliquot diebus effoſſam inter difficultates ſaxeas radicis triginta pedes longæ, ac ne ſic quidem ſolidæ, ſed abruptæ.* Theophraſtus cæpe magnitudine inquit eſſe. Unde itaque tanta longitudo. præterea Theophraſtus facile effodi ait. Quare puto ſcripſiſſe Plinium, *effodi autem non difficulter.* Niſi quis contendat, eum verba Theophraſti & Homeri confundere. *Græci,* inquit, *ejus florem luteum pinxerunt.* Nihil tale Theophraſtus; nec verisimile tale quid illum tradidiſſe. *Facie ea,* inquit, *qua Homerus dixit.* Hic album dixit florem. Quomodo itaque luteum Theophraſtus. Dioſcorides χαλακτίχροαν dixit, qui color à luteo alius eſt. Auctorem Priapœi aureo flore moly depingere lego.

Hinc legitur radix, cujus flos aureus exit.
Quam cum moly vocant, mentula moly fuit.

Quidam aureum exponunt, καλὸν καὶ ἰνιώδη, quod pulchra omnia aurea vocent poetæ. Sic χρυσῆ Ἀφροδίτη,

Moly latifolium, ſeu Theophraſti.

pulchra venus: Moly Theophraſti, cujus effigiem adpingi curavimus, bulbo donatum narciſſi, tunicis nigricantibus, magnitudine cæpæ aſcalonitiæ, foliis exit porri, vel pancratii minoribus, ſeptenis, octoniſve; caulis ſeſquicubitalis, aut bicubitalis, flos candidus; quandoque, ſed rarius, ſubrubens, lilii figura, ſed minor. Aliud moly, in hortis Batavorum frequens, flore eſt luteo, folia è radice id bina emittit, tulipæ, vel jam deſcripti molyos ſimilia; caulis non minor; flores lutei, ſenis foliolis ſtaminibuſque pluribus conſtantes. Aliud dixi molii deſcribit Dioſcorides. lib. III. cap. LIV. μῶλυ (vetus quidam codex addit ἢ λευκόιον ἄγριον) τινὲς μὲν φύλλα

ἔχει ἀγρώστει ὅμοια, πλατύτερα ἢ ἐπὶ γῆν ἔντα, ἄνθη λευκοίοις ὅμοια, γαλακτόχροα, (Ald. γαλακτώδη) ἡ ὅσον ἢ πρὸς τὸ ἓν ἴσα.

Molii Dioſcoridum Lob.

καυλὸν δὲ λευκόν (vetus & Oribaſius λεπτὸν, quam lectionem recentiores nonnulli probant) πηχίων (lego cum recentioribus, δακτύλων. Quomodo enim tenuis, & magnitudine quatuor cubitorum inſignis foret magnitudo, qualem non eſt verisimile, caulem emittere parvam radicem) ἐπ' ἄκρῳ ἢ ὕπτιον ὡς σκορδιδὶς. ἡ ῥίζα δὲ μικρὰ, βολβοειδής. *Moly folia habet graminis, at latiora & humi ſparſa, florem albæ violæ ſimilem, lactei coloris, at minorem; quippe qui ad purpuræ violæ florum magnitudinem accedat; caulem vero tenuem quaternum digitorum, in cujus cacumine quiddam eſt, quod allii ſpeciem referat. radix parva, bulbo ſimilis.* Hoc molij, ut dixi, Galenus μύλην vocat. Plinius lib. XXVI. cap. VII. *Molon.* Sed corruptus & depravatus eſt codex. Vulgo legitur, *Molon ſcapo eſt ſtriato, foliis mollibus, parvis, radice quatuor digitorum, in qua extrema allii caput eſt. Vocatur à quibuſdam ſyron.* Hæc lacera, ordineque inverſo ſcripta eſſe, nemo non videt. Reſtituo ex Dioſcoride, *Molon* (vel *miile*, ut habet Galenus) *ſcapo eſt ſtricto* (id eſt tenui) *quatuor digitorum, in cujus extremo allii caput eſt, foliis mollibus, gramineis, radice parva.* Pro Molii recentiores (quorum opinionem non improbo) oſtendunt plantam, cujus iconem apposui. Foliis eſt anguſtis, gramineis, triticeiſque ſimilibus; quæ cum à ſe ipſis robur non habeant, facile in terram concidunt. Caulis cubitum altus, glaber, ac tenuis, culminante in ſummo muſcario, floſculos proferente lacteos, leucoys minores, Ornithogalii, aut allii urſini æmulis; bulbus exiguus ſubeſt, oblongus, fibris aliquot deorſum dimiſſis, qui nigricantibus membranis implicitus, interiore ſubſtantia fermè porri albicat, guſtu fervens, & odore ingratus eſt.

De cicuta vide cap. XVII. De tragacantha (ſic enim legendum) vide lib. VI. cap. III. De dauco hoc ipſo capite egi, locumque hunc expoſui.

ΚΕΦ. Ις΄. CAP. XVI.

Dictamum Cretæ proprium, vique mirabile, & ad plura utile. Omnia etiam, quæ ſe minus à terra attollunt, præſtantiora eſſe, quæ Creta ferat, Vbi optimum Aconitum, & quo modo conficiatur ad nocendum, nullumque contra compertum remedium.

Τὸ δὲ Δίκταμον, ἴδιον τῆς Κρήτης. θαυμαστὸν δὲ τῇ δυνάμει, καὶ πρὸς πλείω χρήσιμον. μάλιστα δὲ πρὸς τὰς τόκους τῶν γυναικῶν. ἔστι δὲ τὸ μὲν φύλλον παρόμοιον τῇ βληχοῖ. ἔχει δέ τι κατὰ τὸν χυλὸν ἐμφερές. τὰ δὲ κλώνια λεπτότερα. χρῶνται δὲ τοῖς φύλλοις, ἀ τοῖς κλωσὶν, ἀδὲ τῷ καρπῷ. χρήσιμον δὲ πρὸς πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, μάλιστα δ', ὥσπερ ἐλέχθη, πρὸς τὰς δυσοκίας τῶν γυναικῶν. ἢ γὰρ εὐτοκεῖν φασι ποιεῖν, ἢ παύειν γε τὰς πόνους ὁμολογουμένως. δίδοται δὲ πίνειν ἐν ὕδατι. στάνιον δέ ἐστι. καὶ γὰρ ὀλίγῳ ὁ τόπῳ ὁ φέρων. καὶ τὰ τῶν αἰγῶς ἐκνέμονται. διὰ τὸ φιλῆδεῖν. ἀληθὲς δὲ φασιν εἶναι καὶ τὸ περὶ τῶν βελῶν ὅτι * φαγόντες ὅταν τοξευθῶσιν ἐκβάλλειν. τὸ μὲν οὖν δίκταμον τοιοῦτόν γε, καὶ τοιαύτας ἔχει τὰς δυνάμεις. τὸ δὲ ψευδοδίκταμον, τῷ μὲν φύλλῳ ὅμοιον, τοῖς κλωνίοις δ' ἔλαττον, τῇ δυνάμει δὲ πολὺ λειπόμενον. βοηθεῖ † μὲν γὰρ καὶ ταῦτα, χεῖρον δὲ πολλῷ καὶ ἀσθενέστερον. ἔστι δὲ εὐθὺς ἐν τῷ σώματι φανερὰ ἡ τοῦ δικτάμου δύναμις. θερμαίνει γὰρ ὑπὸ μικρᾶς ζοφόδρα. τιθέασι δὲ καὶ τὰς δεσμίδας ἐναρθηκι καὶ καλάμῳ, πρὸς τὸ μὴ ὑποπνεῖν. ἀσθενέστερον γὰρ, ὑποπνεῦσαν. λέγουσι δέ τινες, ὡς ἡ μὲν φύσις μία ἡ τοῦ δικτάμου, καὶ ἡ τοῦ ψευδοδικτάμου. διὰ δὲ τὸ ἐν εὐγειοτέροις φύεσθαι τόποις, χεῖρον

* φαγοῦσαι.

† γὰρ πρὸς τ' ἄνω.

DIctamum Cretæ inſulæ proprium eſt, vi mirabile & ad plura perutile. Sed ad partus mulierum potiſſimum pollet: * folio glechoni ſimili conſtat, nec ſapore abſimile eſt. Ramuli tenuiores ſunt. Uſus foliorum, non ramorum, nec fructus eſt. Valent ad multa, ſed præcipuè ad difficiles partus mulierum, ut dictum eſt. Aut enim facile poſſe parere faciunt, aut certe dolores penitus ſedant. Dantur bibenda ex aqua. Rara hæc herba. Locus enim qui fert, exiguus admodum eſt: eumque capræ depaſcunt capeſſendæ cauſa voluptatis. Verum etiam quod de telis fertur, affirmant. Capras enim ſagitta transfixas, dictamo devorato telum ejicere. Dictamum ergo tale eſt, vireſque ejuſmodi habet. Falſum dictamum, folio quidem ſimile, ſed ramulis minus, & viribus longe inferius. Quanquam enim eiſdem in rebus proſit; tamen multo deterius, atque debilius. Vis dictami in ore percipi continuo poteſt. Calefacit enim ex † paulo vehementer. Manipulos in ferula, aut canna intercludere ſolent, ne expiret. Imbecillius enim cum expiraverit. Non deſunt, qui naturam dictami & falſi dictami, eandem eſſe exiſtiment. Sed quod locis lætioribus proveniat degenerare, falſumque cognominari: ſicuti etiam aliis pluribus evenit, ut viribus deterioribus ex loco reddantur. Dictamum enim ſolum aſperum vehementer amare inquiunt. Eſt etiam aliud dictamum veluti æquivocè appellatum. Quod nec

* Pulegio.

† parva quantitate.

‡ ſpe-

γίνεσθαι. καθάπερ ἄλλα πολλὰ πλείω τῶν καθ' τὰς δ[ι]ωάμεις. τὸ γὰρ δίκταμον Φιλεῖ χώραν τραχεῖαν. ἔστι δὲ καὶ ἕτερον δίκταμον, ὥσπερ ὁμώνυμον, ὅτι τῷ ὄψιν ἔχον, ὅτι τῷ δύναμιν τὴν αὐτήν. Φύλλον τε γὰρ † ἔχειν ὅμοιον [†] ἴχει ὅμοιον τῇ Cυμείῳ. τὰς τε κλῶνας μείζας. ἔτι δὲ τῷ χρεῖαν, καὶ τῷ δυάμιν ἐκ ὲ τοὺς αὐτούς. τὸ μὲν οὖν ὥσπερ ἐλέχθη θαυμαστὸν ἅμα καὶ ἴδιον τῆς νήσου. φασὶ δέ τινες ὅλως τῶν * φύλλων καὶ τῶν θάμνων, Cὲ ἁπλῶς τῶν ὑπὲρ γῆς τὰ ὲν Κρήτῃ διαφέρειν. τῶν δ' ἄλλων τῶν γε πλείστων τὰ ὲν Παρνασῷ. τὸ δ' ἀκόνιτον γίνεται. μὲν ὡς φασὶ Cὲ ὲν Κρήτῃ Cὲ ὲν Ζακύνθῳ πλεῖστον δὲ καὶ ἄριστον ὲν Ἡρακλείᾳ τῇ ὲν τῷ Πόντῳ. [†] κυκλάδες. ἔχει δὲ φύλλον μὲν [†] κιχωριώδες, ῥίζαν δὲ ὁμοίαν τῷ σχήματι, καὶ τῷ χρωματι καρύᾳ. πλεῖ δὲ δυάμιν τὴν θανατηφόρον ὲν τούτῃ. τὸ δὲ φύλλον καὶ τὸ καρπὸν ὠδέν φασι ποιεῖν. καρπὸς δέ ἐστι πόας, καὶ ἐκ ὑλήματος. βραχεῖα δ' ἡ πόα καὶ ὠδὲν ἔχουσα πιεῖνον. ἀλλὰ παρομοία τῷ σίτῳ. τὸ δὲ Cπέρμα ὠ σαχυηρόν. φύεται δὲ πανταχοῦ, καὶ οὐκ ὲν ταῖς ἀκόναις μόνον, ἀφ' ὧν ἔχει τὴν προσηγορίαν. [‡] περιανδυ- αὕτη δὲ ἐστι κώμη τις τῶν [‡] Περιανδυνῶν. φιλεῖ δὲ μάλιστα τοὺς πετρώδεις τόπους. ὠ νέμεται δὲ ὅτε προβατον, ὅτε ἄλλο ζῶον ὠδέν. Cωτίζεσθαι δὲ τρόπον τινὰ πρὸς τὸ ἐργάζεσθαι, καὶ οὐ πάντως εἶναι. διὸ καὶ τοὺς ἰατροὺς οὐκ ἐπισταμένους σωτηθέναι, σπλικῷ τε χρῆσθαι. καὶ πρὸς ἄλλα ἄτοπα πινόμενον οὐδεμίαν αἴσθησιν ποιεῖ, οὔτ' ὲν οἴνῳ, οὔτ' ὲν μελικράτῳ σωτηθῆναι δὲ, ὥστε τινὰς παλοὺς ἀναιρεῖν, οἷον δίμηνον, τρίμηνον, ἑξάμηνον, ἐνιαύσιον. τοὺς δὲ, καὶ δύο ἔτη. χείρους δὲ ἀπαλλάττειν τοὺς ὲν πλείστῳ χρόνῳ καταφθίνοντας τοῦ σώματος. ῥᾷστα δὲ τοὺς πρὸς χρῆμα. λυπηρὸν δὲ φάρμακον οὐχ' ὑρῆσθαι ὥσπερ ἀκούομεν ἑτέρου τι φυέσθαι. ἀλλά τινες τοῖς ἐνεγκαμένοις βοήθειαι ὑρίσκονται. τὰς γὰρ ἐγχωρίας ἀναστάζειν τινὰς μέλιτι καὶ οἴνῳ καὶ τοιούτοις τισί. Cπανίως δὲ Cὲ τούτοις καὶ ἐργωδῶς. ἀλλὰ Cὲ τὸ ἐφημέρου φάρμακον ὑρῆσθαι. ἕτερον γάρ τι ῥιζίον εἶναι τὸ ἐφήμερον ἀπαλλάττει. τὸν δὲ φύλλον ὅμοιον ἔχειν τῷ ἐλλεβόρῳ ἢ τῷ αἰγίλωπι * Cὲ τὸν παντὸς εἰδέναι. διὸ καὶ τὰ † ἀνδράποδα φασὶ πολλάκις παροργισθέντα χρῆσθαι. κἄπειτα ἰατρεύειν αὐτὰ πρὸς τὸν ὁρμῶντα. καὶ γὰρ ὠδὲ ταχεῖαν ποιεῖσθαι τὴν ἀπαλλαγὴν, ὠ δὲ ἐλαφρὰν, ἀλλὰ δυσχερῆ καὶ χρόνιον. εἰ μὴ ἄρα διὰ τὸ εὐτρεπίπτειν εἶναι καὶ [‡] ἀκατασκεύαστον ὡς δεῖ. φασὶ γὰρ καὶ τραχεῖαν ποιεῖσθαι, καὶ ὕστερον χρόνῳ. τοὺς δὲ καὶ εἰς ἑνιαυτὸν ἄγειν. καὶ τὰς δόσεις εὐβοήτους εἶναι. παῦλα δ' ἐξακεῖσθαι μάλιστα πρὸς τοὺς Τυρρηνοὺς ὲν Ἡρακλείᾳ. Τὸ μὲν ὠδὲν ἄτοπον· εἰ τρόπον μέν τινα ἀβοήθητον, ἄλλως δὲ βοηθήσιμον. ὥσπερ Cὲ ἕτερα τῶν θανατηφόρων. τόγε μὴν ἀκόνιτον ἄχρηστον ὥσπερ εἴρηται τοῖς μὴ ἐπισταμένοις, ὠδὲ κεκλῆσθαι δὲ ἐξ ὧν, ἀλλὰ θανάσιμον εἶναι τὴν ζημίαν. τῷ δὲ τῶν χρόνων διαφορᾷ ἀκύειν εἶναι κατὰ τὰς συλλογάς. ἰσοχρόνους γὰρ τὰς θανάτους γίνεσθαι τοῖς ἀπὸ τῆς συλλογῆς χρόνοις.

‡ speciem, nec vim habet eandem. Quippe quod folio simili sisymbrio constet, & ramos habeat majores. Vsus item, & vis non eisdem conveniunt, hoc igitur (ut dictum est) mirum, simulque proprium Cretæ insulæ datur. Quidam omnino in herbarum, & fruticum genere, & ad summa inter omnia, quæ se à terra attollunt, præstantiora, quæ Creta ferat, affirmant. Inter reliqua verò magna quidem ex parte, quæ in Parnaso monte proveniunt, anteponunt. Aconitum nascitur in Creta, atque Zacyntho, sed plurimum, optimumque in Heraclia Pontica. * Constat id folio intubaceo, radice tum specie, tum colore unci proxima. Vim illam mortiferam in hac esse; folium & fructum nihil nocere affirmant. Fructus herbæ est, non humilis materiæ. Herba ea brevis est, & nihil supervacui habens, sed frumento similis. Semen non spiceum. Nascitur ubique, & non in Aconis solum, à quibus habet appellationem. Is autem vicus est † Periandinorum. Amat autem loca potissimum saxosa. Pascitur eo neque pecus, neque ullum animal. Confici ad afficiendam modo quodam enarrant: nec nosse quemque. Quamobrem medicos, quoniam componere nesciant, pro putrefactorio uti. Aliisque quibusdam de causis epotum nihil penitus posse officere, neque ex vino, neque ex mulso. Componi autem ita ferunt, ut certis occidere temporibus possit. Videlicet bimestri, trimestri, semestri, anno completo. Nonnullum etiam biennio. Pessime illos de vita discedere volunt qui plurimum temporis resistere possint. Paulatim enim tabescat corpus, & languore pereat diuturno esse necesse. Facilime illos, qui confestim obeunt. Remedium nusquam esse compertum, sed falso dici, quoddam aliud resistens illi haberi. Non enim herba, sed melle, & mero, & quibusdam ejusmodi servari aliquos potuisse. Atque id raro factum, summaque difficultate. Aliud quoque venenum, ‡ quod vim diurnariam enecandi habeat, compertum affirmant. Esse namque radiculam quandam, quæ eodem die possit occidere: Folium hanc habere * ellebori; natamque omnibus esse. Et quidem famulos iratos hac uti solere: † Deinde mederi cum ad hoc se conferunt. Neque enim celerem facere interitum, aut levem, sed difficilem & tardum; nisi forte quod facile curatu confectuque sit, ut oportet. Ajunt igitur & confestim interimi, & aliquo post tempore. Nonnullos & ad annum pervenire: & cum sumitur, facile juvari. Hæc autem diligentius ‡ servari apud Tyrrhenos in Heraclea. Neque id absurdum, si modo quodam juvari possit, alio autem minime. quemadmodum & alia ex letalibus. Aconitum vero (ut dictum est) inutile iis, qui præparare ignorent; nec licitum possidere, sed capitalem pœnam instatutam. Temporis differentiam prò collectus ratione sequi autumant. Pro collectionis enim temporibus, mortes quod ad tempus convenire.

‡ *Faciem.*

* *Folium fert rotundum, radicem figura ac colore unci proximam.*

† *Marianidunorum, petrosis maximè gaudet locis; neque pecus, neque ullum aliud animal ipso pascitur.*

Componi id quodam modo referunt, ad aliquid efficiendū, nec cuivis esse: quare medicos componendæ ignaros pro putrefactorio uti; quinimo nec in vino, nec in mulso, ad quæcunque alia propinatum, ullatenus sentiri ita vero componi ut quibusdam statis temporibus, veluti duorum aut trium, sexve mensium, aut unius anni, vel duorum spatio, sustollat, atque eos infelicissimè mori, quibus longiore tempore corpus consumitur, felicius autem quibus citius: nec nullum ejus antidotum sponte nascens (ut audivimus) inveniri, sed quædam auxilia illis, qui acceperunt, esse reperta: siquidem incolæ nonnullis melle & vino & similibus à morte revocant. ‡ *Quod ephemerum vocavit, quod uno interimat die.* * *Ellebori, aut lilii, notumque.* † *Deinde mederi solitos eis, cum hoc impetu capti sunt; curari enim posse, si ita temere sumatur; interitumque differre, atque interea torquere. At si præparetur & intra diem interficere, & levem adserre mortem. Scal.* ‡ *Observari. Scal.*

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Οὐδὲ τῷ κηπαῖ. *At Dioscorides ait flore carere dictamum, verum Virgilius Theophrastum sequitur. Nescio an Dioscorides vera prodat. Nam & ipse castigat eos qui de bechio similia scripsere, & nostra lingua canis florem fert: ea, quam ille narrat, nullum.*

Καὶ ἀπαλὸς τῶν ὑπὲρ γῆς. *Theodorus*, quæ se à terra minus attollunt. *Sanè rectè. Quare mihi non satisfacit verbum illud*, τῶν φύλλων. *Nisi quis intelligat herbas. Quippe earum partes præcipuè folia. Itaque etiam Theodorus dixit*, Herbarum.

Τὸ ἢ ἀκήρατον. *Nolim cum dictamo, divina, ac beneficentissima herba conjunctum pessimum venenum. Itaque aliud caput fecerim.*

Φύλλον κιχορώδες. *Non convenit cum foliis Dioscoridis, neque cum veritate.*

Πρὸς τὸ ἐργάζεσθαι. *Theodorus, ad efficiendum: Melius, ad efficaciam. Male illa.* καὶ ἐ πάντὸς εἶναι. Nec nosse quemquam. *Nimis diffudit sententiam. Nec cuivis eam artem notam esse.*

Λυπεῖ ἢ φάρμακον ἐκ ἐνεῖναι. *Negat, quod Arabes non solùm non negant, sed etiam affirmant. Habemus apud nos radiculas Vincetoxici adversus Napelli maleficia. Nisi sic accipias, postquam est præparatum.*

Ἄλλο ἢ ἰφήμερον. Ἐφήμερον, *nomen proprium est bulbi Colchici letiferi. Theodorus neglexit hoc, cùm ait*, Aliud quoque venenum vim diurnariam enecandi sortiens. *Et audis vocem absonam. Legemus affirmativè, ut Theodorus* ὃ ἐ ἰφήμερον. Τῷ ἀιρίῳ *corruptum est, & à Theodoro prudenter præteritum.*

Κἄπειτα ἰατρεύειν ἀυτὰ εἰς ἅπαξ ὁρμᾶσθαι. *Theodori verba nunquàm intellexissem*, Deinde mederi in hoc venientes. *Sic malim*: Deinde mederi solitos eis, cum hoc impetu capti sint: Curari enim posse, si ita temerè sumatur: interitumque differre, atque interea torquere. At si præparetur: & intra diem interficere, & levem afferre mortem. *Iccirco subdit*: ἰμὴ ἄρα ἀλλὰ τὸ ἐυθὺς ἀπὸ ἐυκατασκεύαστον εἶναι. *Sic lege; non*: ἀκατασκεύαστον. Facere nanque difficiliorem interitum, nisi cùm adhibita cura, & arte præparatum est. *Theodori verba nullum sensum mihi exprimere potuere. Ea sunt*, Nisi fortè quod facilè curatu, confectúque sit. *Sic mox*, ἐξακριβωθῆναι, servari: observari *potius. Plinius ea de porri succo, ejusque in potiones quantitate prodit, quæ non pessime huic loco queant comparari.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Τὸ δὲ δίκταμον; sive δίκταμνον, vel ὁ δίκταμος, & ἡ δίκταμος, (utrumque enim legitur) nomen accepit ἀπὸ τοῦ τίκτειν, à pariendo, quod τικτούσῃ γυναικῶν βοήθειαν φέρει, quod parientibus opituletur, opemque promittat: vel, ut Dioscorides, ὠξυτόκιόν ἐστι, partus acceleret, id quod ipse testatur Theophrastus, nec hoc tantum, sed ut Dioscorides lib. III. cap. XXXVII. ait, ἐ μόνον γὰρ πινομένη, ἀλλὰ καὶ ὑποθυμιωμένη τὰ τεθνηκότα ἔμβρυα ἐκπυέσει. *Nam non potum modò, sed & appositum & suffitum partus emortuos ejicit.* Ab Hippocrate pluribus in locis dictamnum ad hæc præscribitur, ut ij norunt qui in Hippocrate sunt versati. Plutarchus lib. de solert: animalium, mulieres hoc à capris didicisse autor est. Αἱ ἢ Κρητικαὶ αἶγες ὅταν τὸ δίκταμνον φάγωσιν, ἐκβάλλουσι τὰ τοξεύματα ῥᾳδίως, καταμαθοῦσαι ταῖς ἐγκοίλοις τὴν βοτάνην περίεχον ἐκτρωτικὴν δύναμιν ἔχουσαν, ἐπ' ἐδὲν γὰρ ἄλλο πρωθεῖσιν φέρουσαι καὶ ζητοῦσι, καὶ δώκασι τὸ δίκταμον. *Capellæ Cretenses, quod dictamo eso facile ejiciunt infixa ipsis spicula, (statim enim sauciatæ eam herbam, & nihil aliud sectantur) gravidis mulieribus occasionem dederunt, observandi eam vim ejiciendi fœtus habere.* Propter hanc insignem facultatem, Lucinam partus Deam, antiquitas dictamo coronavit. Euphorion de Lucina, τεθραμμένη θαλερῇσι ζωνάθῃσι δικταμνοῖσι, *coronata florentibus florebat dictamnis.* Scribit Phurnutus in Deorum natura, Ilithiam, sive Lucinam à multis credi lunam ἀπαώτως ἰλλομένην, ἐ θέουσαν ἀεὶ τὴν γῆν. Quam adventare mitem ac lysizonon comprecentur parturientes, uti solvat τὸ ἰσφιγμένον τῶν κόλπων. vide Natalem Comitem capite de Lucina. Cretæ insulæ proprium, inquit Theophrastus, & raram esse herbam. Locus enim in quo gignitur exiguus admodum est. Plinius lib. XXV. cap. VIII. Non esse alibi quam in Creta ait, nec ibidem spatiosè nasci. Negat Doctiss. vir, in sola Creta oriri, *In aliis enim regionibus provenire certum* inquit, *etiamsi Theophrastus dicat proprium Cretæ insulæ dari. Scio tamen ego*, inquit, *ex Creta semina ejus ad excellentissimum Lucam Guinum med. & botan. professorem Patavinum à fratre ibi degente transmissa, quæ fata perbelle provenerunt: planta tamen florem quidem edebat, sed ad semen usque pervenire non poterat.* Etiam nobis è semine nata dictamni planta, sed inde non sequitur, hortum nostrum natale solum dictamni esse. Sponte sua provenire in Creta vult Theophrastus, & hoc verissimum. in Sardinia reperiri Clusius refert, sed veteres cum in sola Creta provenire ajunt, intelligunt in insula dicta excellere. Illud notatu dignum, quod Pena & Lobelius scribunt, tertio vel quinto post anno in spurium abire; Nobis frigoris injuria periit. Folium inquit pulegio simile esse, & sic Dioscorides, à nonnullis γλήχωνα ἀγρίαν vocari tradit, ac folium pulegio comparat. Δίκταμνος inquit ὑπό τινες γλήχωνα ἀγρίαν πόα ἐστὶ Κρητικὴ (Catacur. δικτικὴ) ὀφιμεῖα, λεῖα, ὁμοία γλήχωνι, μείζω ἢ ἐ γναφαλώδη τὰ φύλλα ἔχει, καὶ ἐριώδη ἀνὰ ἐπίφυσιν. *Dictamnum quod sylvestre pulegium aliquibus appellatur, herba est Cretensis, (linguam feriens) acris, lævis, pulegio similis, at majoribus lanuginosisque foliis, ac lanosa quadam veluti pube obductis.* Plinius loco citato. *Non est alibi quam in Creta ramis prætenue, pulegio simile, fervens & acre gustu.* Notatu digna quæ sequuntur. *Usus foliorum, non ramorum, nec fructus est.* Contra Dioscorides ἔστι ἀυτοῦ, ἔστι καρπὸν φέρει. *At neque florem, neque semen profert.* Plinius. *Foliis tantum utuntur. Flos nullus ei, aut semen, aut caulis. Radix tenuis & supervacua.* Contra Virgilius Theophrasti probat sententiam. lib. XII. Æneid.

Hic Venus indigno nati concussa dolore
Dictamnum genitrix Cretea carpit ab Ida,
Puberibus caulem foliis, & flore comantem
Purpureo, non illa feris incognita capris
Gramina, cum tergo volucres hæsere sagittæ.

Damocrates etiam lib. V. κατὰ γίνη, cap. X. flores agnoscit dictamni.

τὰ τίτεις ἀνθεμοειδῶς πᾶσι δικταμνῷ πίας,
ξηρᾶς, ἰσχνὰς ἀνθῶς ὅλκας ἴκοσι.

—— *Cunctis herbæ his dictamni quoque*
Siccæ, sed habentis florem, drachmas bis decem.

Andromachus in carmine quo Theriacen describit, medicamentum notissimum, & celeberrimum canit.

δικτάμνου κλῶνας ἠδὲ χλοερῆ πρασοειδοῦς.

Dictamni ramulos viridisque prassii.

Ipsa præterea experientia probat dictamnum & semen, & florem, & cauliculum ferre. Rotundiuscula, majora quam pulegii, & spissa lanugine candicantia fert folia, cauliculos tenues, in alas nonnullas divisos, in quorum summo, è squamulis, compactæ dependent veluti spicæ, majores crassioresque, quam Heracleotici origani, à quibus exigui flosculi speciosi, purpurei exeunt, semen exile inter squamulas reconditur, radix tenuis & fibrosa, alioquin tota herba odorata. Notandum dictamum, quod ex Creta affertur, crassioribus & villosioribus esse foliis; quod verò in hortis ex semine oritur, majoribus esse, & minus incanis. Refert Clusius, in Sardinia minoribus, candidioribus & odoratissimis foliis reperiri. Quorundam opinio est, pro soli cælique differentia dictamnum florere, vel florem non ferre, ac Dioscoridem dictamnum descripsisse ac vidisse in regione in qua florem non fert. sed hæc displicet opinio: quia in quacunque regione, modo minus frigida non sit, seritur, florem fru-

Dictamnum.

fructumque fert, tam in Batavia è semine nata floret, quam in Italia, & Creta, semen tamen apud nos non fert, propter aëris superveniens frigus. Doctiss. Mathiolus legit ὅτε ἄνθος, ὅτε καρπὸς ξυμφέρει *nec flos, nec semen confert.* Quæ lectio Theophrasti autoritate, hoc loco non parum confirmatur, ac verisimile redditur. Non malè fortassis eodem sensu legi posset ὅτε ἄνθος, ὅτε καρπὸν φέρει χρήσιμον. Malunt alii Dioscoridem scripsisse, ὅτι ἄνθος ὅτι καρπὸν συμφέρει. Quomodo in antiquis legitur codicibus, *neque florem neque semen exportari*; Fieri sane potest Dioscoridis sæculo, folia tantum cum radicibus è Creta exportata fuisse, quod hæc tantum in usum reciperentur. Verisimilior tamen Mathioli sententia. Verum esse ait Præceptor, quod de telis narrant, capras sagittis tranxfixis dictamno devorato tela ejicere. Idem Dioscorides ex aliorum sententia refert. Φασὶ δὴ καὶ τὰς αἶγας ἐν Κρήτῃ τοξευθείσας ἐκ νεμήσεως τὴν ὠδῖνα σπᾶσθαι τὰ τοξεύματα. *Ajunt & in Creta capras, tela quibus ictæ sunt, hujus herbæ pastu excutere.* Plutarchus in Gryllo, τίς δὲ τὰς Κρησὶν αἶγας ὅταν ἀφεπίσωνται τοῖς τοξεύμασι, τὸ δίκταμνον διώκειν, ἢ βρωθέντος σπᾶσθαι τὰς ἀκίδας; *Quis capris Cretensibus præcepit, ut sagittis ictæ, dictamnum quærant, quo comesto cuspides excidunt?* Plinius loco citato de cervis hæc scribit. *Simplicius,* inquit, *cervæ monstravere elaphoboscon, de qua diximus. Item seseli, enixæ à partu.* (hactenus locum hunc capite de seseli examinavimus). *Dictamnum ostendere, (ut indicavimus, vulneratæ pastæ, statim decidentibus telis.* Locus quem citat Plinius est lib. VIII. cap. XVII. ubi ait. *Dictamnum herbam extrahendis sagittis cervi monstravere, percussi, eo telo, pastuque ejus herbæ ejecto.* Uterque locus corruptus. Lege ac interpunge. *Dictamnum herbam, extrahendis sagitsis, cervi monstravere percussi, telo pastu ejus herbæ ejecto.* Sic restitue lib. XXV. *Cervæ dictamnum ostendêre, ut indicavimus, vulneratæ, pastu statim decidentibus telis.* Et sic in altero codice Salmant. legi auctor est Pintianus. Miror unde habeat Plinius, cervos, vel cervas vulneratas dictamno pasci. Nihil tale apud Aristotelem, ex quo quæ de animalibus habet, exscripsit. Hic lib. VIII. cap. VI. hist. animal. de capris hæc tradit. Ἐπεὶ καὶ ἐν Κρήτῃ φασὶ τὰς αἶγας τὰς ἀγρίας ὅταν τοξευθῶσι ζητεῖν τὸ δίκταμνον. Δοκεῖ γὰρ τῶν σπαλπικῶν εἶναι τῶν τοξευμάτων ἐν τῷ σώματι. *Nam in Creta ajunt capras sylvestres, sagitta ictas, dictamnum quærere. Videntur enim ejus vi ejici, quæ in corpus infixa sunt tela.* Idem hic locus apud Antigonum Caryst. reperitur. Vide auctorem de mirabil. auscult. Cicero lib. ij. de natura Deorum. *Capras auditum in Creta feras, quum essent confixæ, venenatis sagittis, herbam quærere, quæ dictamnus vocatur: quam quum gustavissent, sagittas excidere dicunt è corpore.* Errat itaque Plinius, cum cervos vel cervas hanc demonstrasse scribit plantam. Creticum dictamnum est, quod modo descripsimus, & cujus iconem apposuimus. Officinæ pro dictamno per C. prima syllaba, diptamnum per P scribunt, & pronuntiant. Hic error vix alicujus momenti esset, nisi pro dictamni foliis & radice, fraxinellæ in usum ducerent, quam perperam dictamnum, medici verò ad distinctionem Cretici, album dictamum appellant. Iconem & hujus addimus, ut notum fieret, radices quas officinæ dictamni nomine ostendunt, esse fraxinellæ. Non esse dictamnum notius est, quam ut refelli debeat. Fraxinellæ complures exeunt cauliculi, rotundi, cubitales,

Fraxinella.

aut altiores virides, inferius glabri, superius lenitèr asperi, & rubentes, inferius foliis, superius vero floribus supra invicem digestis ornati: folia oblonga, ex pluribus ad unum pediculum unita, lentisci, glycyrrhizæ, aut fraxini, (unde nomen) sed minora multo; singularia tamen eorum breviora, duriora, magisque acuminata, quam glycyrrhizæ, eodem quo glycyrrhizæ colore, nulla canitie, aut hirsutie prædita, quali dictamno, odore & sapore rutaceo; Supra medium, ut dixi, caulis, ubi folia desinunt, inæquali intervallo flores exeunt, Junio mense, odore gravi non tamen injucundo quinque reflexis foliis compositi, uncia multo longiora, semiuncia verò perquam raro latiora, & utrumque in mucronem fastigiata, sursum reflexis cacuminibus, unico inferiore deorsum se reflectente excepto. Singula in candido modice rubent, & sanguineis venis distincta sunt, stamina ex mediis floribus novena plerumque exeruntur resupinata, in quorum medio capitulum est parvum, hirsutum & purpureum, in extremitate sua apicem habens. Julio deinde mense (diu enim floret,) primum florum folia, deinde etiam stamina decidunt, capitulo tantum medio remanente, quod in quinquepartitum, hirsutum, & rubens excrescit folliculum, superius latiusculum, inferius autem tenuius, duplici cortice constans, exteriore carnoso, sed interiore cartilagineo, quod quando maturum est, aperitur,

ostenditque semina nigra, & splendentia, minora quam pœoniæ aut etiam lentisci candida, brevique linea (qua parte adhærebat pericarpio) notata. Radices ab uno capite plures sex, septem, octo pro ætatis ratione divaricantur, pede quandoque longiores, digito plerumque graciliores, candidæ, carnosæ, per longitudinem lignoso, lento, tenui, exemptu facili transeunte nervo: cum obscura acredine aliquantulum amaricantes, cum evidenti partium tenuitate, qua diu palatum detinet; odorem spirant veluti si quis dauci radicem, sylvestris pastinacæ semen & piper commisceat. In Germaniæ, Italiæ montibus, & collibus, lutoso & saxoso solo reperitur: apud nos hortensis est, plurimumque ab insectis infestatur, quæ calce aspersa facile abiguntur. Duo hactenus observarunt genera, non tamen valde differentia, unius folia majora, virentiora, duriora magisque acuminata; alterius verò nigriora, minus dura ac non æque in acumen desinentia, flores quoque hujus aliquanto dilutiores, illius verò paulo rubicundiores. Spica etiam oblongiore vel humiliore. Aliud genus ab his differens in horto colo, flore toto niveo, nulla aspersa rubedine, caulibus dilute virentibus, foliis glycyrrhizæ simillimis; attamen dilutioribus. Hujus prima germina dilutè virent, cum reliquorum purpurea sint. Tragium primum Dioscoridis docti fraxinellam esse volunt. Horum displicet opinio; siquidem tragio huic has tribuit notas lib. IV. cap. XXXIX. Τράγιον φύεται μὲν ἐν Κρήτῃ μόνῃ, ἔχει δὲ τὰ φύλλα ῥίνῃ ὁμοια, τὰς ῥάβδους. ἔστι δὲ κοφτὸν, μικρότερον δὲ πάντα. φέρει δὲ ὑπὸν κόμμι ὀδμῆ τερμινθίνου. *Tragium in Creta tantum nascitur, lentisco simile folio, semine, ac ramis; singulis tamen minoribus, liquorem verò profert gummi similem.* Fraxinella utrum in Creta nascatur ignoro. In Creta sola non reperiri, certo certius scio. In Italia, nec non Germania provenit; nec folia ejus minora, sed majora sunt lentisco. Contendunt μακρότερα legendum. Ponamus sic scribendum. (Oribasius enim vulgatam servat) rami, non sunt lentisco majores; nec profert succum gummi similem, nec baccas, ut lentiscus, sed siliquas gignit, nec frutex agnatis ramulis caret. Alii pœoniam marem volunt. Horum opinio sanior non videtur. Juglandi similia huic non sunt folia, nisi positione, quadruplo sunt minora, quod Dioscorides neutiquam reticuisset, adnata caulis, ut dixi, non habet, nec rubra fert grana, nec siliquas instar nucis Græcæ. Radix denique adstringenti sapore dici non potest. Est enim nonnihil amaricans, cum obscura acredine. Itaque nec pœonia, nec tragium, nec dictamnum fraxinella est, siquidem folia pulegio dissimilia sunt, dictamnum vero pulegio adeo similia fert, ut inde γλήχων ἄγριος dictum sit, & à recentioribus γληχωνοειδὲς. Hesychio, γληχωνοειδὲς δίκταμον. Pulegium Græcis βλήχων & γλήχων dicitur. Hesychius. βλήχων, γλήχων, τὸ ὕσπιος λίγεται, ἔστι δὲ ἴδιον βοτάνης τὸ τὸ ἰφύδριον. *Blechon, glechon, utrumque dicitur, est herbæ cujusdam species & pubes.* Antiquissimi, inter quos Attici præcipuè βληχώ. Quomodo etiam apud Athenæum lib. ij. pag. VI. legitur —pro quo apud Nicandrum γληχὼ in Alexipharmacis Τῷ δὲ σὺ πολλάκι μὲν γληχὼ ποταμηΐδι νύμφαις. *Sed tu pulejum misce fluvialibus undis.* Eodem libro νίτρῳ δ' ὀσμήρια γληχώ. Interpres ὀσμήρια γληχὼ ὀδμὴν ἔχοντα ἡδεῖαν. βλήχων à βλήχη dicitur id est balatus. βληχᾶν, balare, quod pecoribus gustatum, dum floret, excitet balatum. Dioscorides lib. III. cap. VI. καλοῦσί τινες αὐτὴν βληχῶνα, ἐπειδὴ τὰ κνοτόμενα κατὰ τὴν ἄνθησιν τῶν προβάτων βληχᾶς ἐκκαλοῦνται. *Aliqui porro blechona vocant, quoniam dum floret, à pecoribus gustatum, balatum concitat.* Idem Plinius lib. XX. cap. XIV. *Gustatum à pecore capriscque balatum concitat, unde quidam Græci litteras mutantes blechon vocaverunt.* Id est βληχὼν dixerunt, pro γληχών. Adversariorum auctores nomen inditum putant, quod è pulmonibus pituitam crassam farctamque extundat. Infimi Græci βλησκόνιον dixerunt. Neoph. γληχὼν τὸ βλησκόνιον. Cassianus Bassus lib. XII. cap. XXXIII. ὡδὲ γλήχωνος (vel, ut in altero. MSS. γλίχωνος) ἢ τοι βλισκωνίς. Sic in MSS. legendum, ex Neophyto βλησκωνίς. Latini pulegium vocant, quod flos recentis accensus, pulices necat odore, ut Plinius loco citato testatur. Dicitur etiam extrita littera G, pulejum Mart. XII. epigr. XXXII.

Nec quadra deerit casei Tolosatis,
Quadrima nigri, nec corona pulei,
Calvæque testes, allioque, cepisque.

Fœminam intelligit pulejum, purpureo enim flore genus hoc est. Cicero. lib. I. de divinatione. *Nam & musculorum jecuscula bruma dicuntur augeri, & pulejum aridum florescere ipso brumali die.* Idem Plinius, sententiam hanc lib. I. de caus. cap. VIII. examinabo. Alii tamen non minus probati auctores pulegium scribunt. Celsus lib. ij. cap. XXXII. *Sensus excitant nepeta, thymum, satureia, hyssopum, præcipueque pulegium, ruta & cepa.* Columella lib. VIII. cap. V. *Pulegii surculis fumigentur.* Inter coronarias plantas locum habuisse videtur. Plinius loco citato. *Magna societas cum hac ad recreandos defectos animo pulegio, cum surculis suis in ampullas vitreas aceti utriusque dejectis. Qua de causa dignior è pulegio corona vertigini, quam è rosis, cubiculis nostris pronunciata est; Nam & capitis dolores dicitur imposita levare.* Apud Geoponicῶν auctorem, quem Cassianum Bassum putamus, lib. VI. cap. XIV. ubi remedia præscribit, ut mustum non supra fundatur exuberet, supra modum excrescat. τίφαιον γλήχωνος, ἢ καλαμίνθης ἢ ὀρίγανα τοῖς τραχήλοις τῶν ἀγγείων ἐπιχρίουσι. τινὲς δὲ καὶ ἔσω τῶν πίθων ἐπὶ τὰ χείλη ἀλοιφῆσι. τυρῷ βοείῳ, καθήκει γὰρ ἔσω ζέον τὸ γλοιῶδες. *Coronam è pulegio, aut calamintha, aut origano ad colla vasorum circumponimus. Quidam interna doliorum labra bubulo perlinunt, cohibet enim intro musti fervorem.* Non reticendum, hoc caput alio sensu in MSS. cod. Palat. legi. Τίφαιον γλίχωνος, ἢ καλαμίνθης, ἢ ὀρίγανα τοῖς τραχήλοις τῶν ἀγγείων ἐπιχρίωμεν, ἄλλοι δὲ πίτυλῃ περιχρῶ δὲ καὶ τὰ χείλη ἐπιχρίουσι, ἄλλοι τυρῷ βοείῳ. καθήκει γὰρ ἔσω ζέον τὸ γλοιῶδες μάλιστα. Lectio hæc magis quam vulgata arridet. Tantum tamen perieram γλίχωνος pro γλήχωνος scriptum est. Lege etiam χείλη τῶν πίθων ἐπιχρίουσι. *Cinerem pulegii, aut calaminthæ, aut origani ad colla vasorum circumponimus. Alii intrinsecus labia vasorum pinguedine salsa circumlinunt, alii caseo bovino. Hoc enim maxime intus cohibet musti fervorem.* Verisimilius cinerem id præstare pulegii, quam corollam. Genera pulegii duo veteribus cognita fuisse, ex Plinio colligo. *Fœmina,* inquit *efficacior. Est autem hæc flore purpureo, Mas candidum habet.* Dictamno similia esse folia pulegii ajunt Theophrastus & Dioscorides; Ex quibus colligere licet, vulgare pulegium latifolium esse veterum. Fateri tamen debeo cervinum sive angustifolium, sapore, odore, viribus vulgato præstare. Gratius enim, vehementius, & probatius. Vulgare floribus est purpureis, nonnunquam cæruleis, ex roseo albicantibus, rarissimè albis. Quale Lobelius observavit in Pedemontis planitie, itinere medio ad lævam, qua Trivolio Taurinum itur. Vulgare pulegium regale vocant officinæ, at cur sic nuncupent ignorant; nomen hoc accepit, quod surculi per intervalla purpureo coronentur flore. Utrumque pulegium notum pharmacopoeis. Hactenus de pulegio quod dictamno folia fert similia. Pseudodictamnum hodie à Cretæ incolis καλικιμαθία, vel ut alii scribunt, καλικιμοιθία, Plinius vero chondris vocari refert. Folium habet vulgato dictamno simile, sed ramulis est similibus, ut ait præceptor. Idem ferè de pseudodictamno Dioscorides loco citato, τὸ δὲ ψευδοδίκταμνον καλούμενον, φύεται ἐν πολλοῖς τόποις, ἐμφερὲς μὲν τῷ περὶ αὐτὸ, ἧλαττον δὲ δριμύ. ποιεῖ δὲ τὰ αὐτὰ τῷ δικτάμνῳ, οὐκ ὁμοίως ἰσχύον. *Quod pseudodictamnum vocant, multis in terris nascitur, antedicto simile, at minus quam illud acre, eosdem verò præbet effectus, at inefficacius.* Plinius lib. XXV. cap. VIII. *Pro eo & pseudodictamnum multis in terris nascens, folio simili, ramulis minoribus, à quibusdam chondris vocatum, minorii effectus statim intelligitur, dictamnum enim minima portione accendit os.* Calorem satis manifeste minima dictamni ostendit portio, ut Theophrastus scribit; os tamen non accendit. Pseudodictamnum officinis incognitum, nisi diligentioribus pharmacopoeis, quorum etiam in hortis colitur, legitimo dictamno aliquatenus foliis est simile, odore quandoque exiguo, quandoque laudabili, quale quod in horto nostro reperitur. Cauliculos promit ternos, aut quaternos, nonnunquam senos pluresve, cubitales aut paulo minores, rectos: folia ex intervallis bina, paria, & (ut caulis geniculatus) candida lanugine convestita,

Flores

Flores fert vulgato consimiles dilutè purpureos, sed dissimili modo, & situ oriuntur. In verticillis enim cauliculos ambientibus conspiciuntur. Radix tenuis, lignosa, alte descendit, fibras spargens; In Italiæ monte Nigro Pisæ, & Liburnio confinio, reperitur.

Pseudodictamnum.

Dioscorides cum multis in terris nasci scribit, de Italia, Græcia, aliisque hujusmodi regionibus, quas peragravit, intelligi debet, non de Germania aut Belgica, quas non vidit. Manipulos veri dictami Theophrastus in ferula cannaque intercludi solere scribit. Idem Plinius *qui legêre ea* (folia) *in ferula vel harundine condunt, præligantque, ne potentia evanescat.* Hodie, quod sciam, in ferula aut calamo non amplius fertur; nec tamen idcirco gustu imbecillius sentitur. Non desunt, inquit Theophrastus, qui naturam veri & falsi *naturam* eandem putant, ac tantum pro loci ratione differre, quodque in lætioribus provenit Pseudodictamnum vocari. hunc locum an ex mente Theophrasti exscripserit Plinius, judicio lectoris relinquam; *Sunt*, inquit, *qui dicant utramque nasci multifariam, sed deteriores in agris pinguibus, veram quidem dictamnum nonnisi in asperis.* Multifariam nasci, nec Theophrastus, nec Dioscorides tradidere, an in asperis tantum locis, in insula Creta proveniat verum dictamnum, me latet: hoc scio, Pseudodictamnum sive in asperis, sive in pinguibus plantetur locis, non mutari in verum dictamnum; nec tantum viribus, sed facie differre, uti utriusque ostendit icon. Tertium dictamnum, quod sisymbrio simili folio constat, non vidi. Describitur à Dioscoride. lib. III. cap. XXXIX. φίεται δὲ καὶ ἀπὸ Κρήτης ἕτερον εἶδος δικταμνου, φύλλοις ὁμοίοις ζισυμβρείῳ, κλωσὶ δὲ μείζον. ἐφ' ὧν ἄνθος ὀρεινόν (Catacur. codex ὀρμινόν, perperam; quippe vulgatam defendit Oribasius) ἀχρὶν ὁμοιοῦται, μέλαν, φλαμνῶδες. ὀσμὴ δὲ τῶν φύλλων μεταξὺ ζισυμβρείου καὶ ἐλελισφάκου ἡδεῖα. ποιεῖ δὲ ὡσὶν ὅσπερ καὶ ἡ ὡδὴ αὐτῆς, ἧσσον πληκτικὴ ὑπάρχουσα. *Defertur & è Creta alterum dictamni genus, folio sisymbro, at ramis majoribus, in quibus flos emicat sylvestris origani, niger, ac mollis, odor foliorum inter sisymbrium, & salviam medius jucundissimus, ad eadem, ad quæ ante dictum efficax; sed minus nares ferit.* Quorundam opinio est Dioscoridem & Theophrastum contraria scribere, Pliniumque Theophrasto subscribere, cum inquit. *Est & tertium dictamnum vocatum, sed neque facie, neque effectu simile, folio sisymbrii, ramis majoribus, procedente* (alter codex *præcedente*) *persuasione illa, quicquid in Creta nascitur, infinite præstare cæteris ejusdem generis alibi genitis, proxime quod in Parnasso.* Theophrastus, & Dioscorides conciliantur, si dicamus, Theophrastum cum viribus non eisdem tradit, de vero & legitimo loqui dictamno. Dioscoridem vero cum ante dicto similem facultatem obtinere scribit, intelligere pseudodictamnum. Capite enim præcedenti de pseudodictamno egit. Quod sequitur, τῶν φύλλων, si non corruptum, nec restituendum πόων rectè Theodorus *herbas* vertit; Quippe earum partes præcipue sunt folia. Sed non sit dubium, quin πόων legerit Theodorus, & ita scripserit Theophrastus, Quod scribit in Creta plantas esse præstantiores, illud ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, *ut plurimum* verum est. Quod facile ex ipso probatur Theophrasto. Nam paulo infra aconitum in Creta nasci ait, sed plurimum & optimum, in Heraclea Ponti.

Aconitum Poëtæ natum fabulantur, è spumis Cerberi canis, ex inferno ab Hercule extracti, ideoque apud Heracleam Ponticam, ubi monstratur is aditus ad inferos, gigni Dionysius de situ orbis tradit.

καὶ μαιμακτηριῶν ἱερὸν πέδον, ἐν οἷς ἰόεσσιν
ὕδασιν Κερνίδιον μίσγει νύσα χαλκείφωνον
χεῖρας ἀπελκόμενον μεγαλοφρονος Ἡρακλῆος
ὅτινα ἀπὸ τριμάκτου βαλίου ζαπλώδεα χυλὸν,
τὸν μὲν ἰδέξατο γαῖα, κὴ ἀνδράσι πῆμ' ἐφύτευσεν.

Et maryandynorum divinum genus: ibi perhibent,
Terrestris Saturnidæ ingentem canem, æneam vocem habentem,
Manibus distractum animosi Herculis,
Graviter è faucibus jeciisse crassam spumam:
Quam quidem concepit terra, & hominibus pestem plantavit.

Quin aconitum poëta intelligat, dubitat nemo. Nicander in Alexipharmacis.

ἀλλ' ἤτοι χολόται μὲν, ἰδὲ τριμέσοισι δυσαλθὴς
πυθμὴν ἀκόνιτον, ὃ δὴ ῥ' ἀχερωνίδες ὄχθαι
φυσσιν, πάντι χάσμα δυσίκελορον ὑποδηναι,
ἄσπορόν τι Πελάλαο κατασφιθέντα δέεσσι.

Fellea sed primum rarisque evicta medelis
Cognoscas aconita, cavo quæ littore sævus
Fert Acheron, Priolai ubi diruta mœnia quondam
Constiterant, vastoque patet via Ditis hiatu.

Ad hunc locum Scholiastes πυθμὴν ἀκόνιτον, τὸ ἀκόνιτον φασὶν ὅτι ἔστιν ἐμέτου καὶ κινδύνου φανέντος. ἱστοροῦσι γὰρ τὸν Κέρβερον ἐξ ᾅδου ἀνενεχθέντα, μὴ δυνάσθαι ὑπομεῖναι τὴν αὐγὴν τοῦ ἡλίου. καὶ ἐμέσαι καὶ ὅτι ἐμέτου πεσόντος γνώσεσθαι τὴν βοτάνην. ἔοικε δὲ ἀχράσιδι. κύνα ὁ Ἡρακλῆς ἐξήναγε, ἐν ὁ λόφος ἀκόνιτος Ἀχέρων ὁ ποταμὸς ὃν πατοῦσι Ἡρακλεία τῇ ποντικῇ, ἵνα τὸν ᾅδου λέγεται —— Ὁ δὲ Πριόλαος υἱὸς Λύκου βασιλέως μαριανδυνῶν ὃς ἀπέβαινεν ὑπὸ Ἡρακλείᾳ τῇ ποντικῇ, Ἡρακλεώτων πολεμοῦντος τοῖς πλησίον, ἐξ οὗ ὄνομα ὁ πατὴρ τῇ πόλει ἐκάλεσεν ἰσχὺς ἔσται Ἡρακλείας. *Aconitum ferunt ex Cerberi vomitu primum apparuisse. Fabulantur Cerberum ex inferno pullum splendorem solis non potuisse perferre, ac vomuisse, ac ex vomitu hanc gramini similem plantam ortam. Acheron fluvius ad Ponticam Heracleam, ubi Hercules canem ex inferno eduxit, apex aconitum dicitur —— Priolaus, filius Lyci regis Maryandynorum, qui obiit in Heraclea Ponti, cum Hercules vicinis bellum inferret, in cujus memoriam pater urbi vicinæ Heracleæ nomen imposuit. Priolæ Stephanus περὶ πόλεων. πρίολα πόλις πλησίον Ἡρακλείας.* Plinius lib. XXVII. cap. ij. *Hoc fuit venenum quo interemptas dormientes à Calphurnia bestia uxores, Mar. Cæcilius accusator objecit. Inde atrox peroratio ejus, en digitum* (sic locum hanc restituit Doctiss. Salmasius. In altero manuscripto teste Pintiano legitur, *hinc illa atrox peroratio ejus indigitum*) *ortum fabulæ narravere spumis Cerberi canis extrahente Hercule, ideoque apud Heracleam Ponticam ubi monstratus, is ad inferos aditus gigni.* Alii verò ex Promethei tabe, & sanie, cujus jecur tondebatur aquila, genitum arbitrantur. Ausonius in monosyllab.

Vnde Prometheo de corpore sanguineus ros
Aspergit cautes; & dura aconita creat cos.

Malunt alii Hecaten lethalis hujus plantæ inventorem. Diodorus Siculus lib. IV. φιλόπχνον δ' ἐν Φαρμάκοις γυναῖμων συνήθεις γενομένην, τὸ κωλύμενον, ἀκόνιτον

ἐξευρών, καὶ τῆς ἰσχύος δυνάμεως πεῖραν λαμβάνειν, μίσγοντα τοῖς διδομένοις τοῖς ξένοις φονοῖς. *In mortiferis quoque pharmacis solerter componendis exercitata aconitum (quod vocant) invenit. Ac de cujus natura ac efficacitate ita experimentum cepit, si cibis hospitum illud permisceret.* Hactenus fabulati sumus. Aconitum nomen accepit, quod in nudis cautibus, quas aconas nominant, nascatur. Ovid. lib. VII. Metamor.

Quæ quia nascuntur dira vivacia caute,
Agrestes aconita vocant.

Hoc etymon plurimis arridet, & hanc sententiam verisimiliorem putant, quam eorum, qui ab Aconis, loco Pontico, dictum aconitum arbitrati sunt. Quod inquiunt, nulla ratione nitatur. Nam aut ἀκονικὸν diceretur, aut ἀκονητικὸν, aut certe ἀκόνιον, aut ἀκονιαῖον. Nam ἀκόνιτον typo ἰθνικῷ neutiquam formari potest ἀπὸ τῶν ἀκονῶν. Aliæ herbæ quæ à locis ubi nascuntur denominatæ sunt, τόπῳ ἰθνικὸν legitimè ac canonicè factum præferunt: ut ἀιθιοπὶς, ἀρκαδὶς, κολχικὸν, σκυτικὴ & alia infinita. Præterea ubique, ajunt, nascitur; & non tantum in Aconis Heracleoticis; cautes & loca saxosa potissimum amare dicit Theophrastus. φιλεῖ δὲ μάλιστα τὰς πετρώδεις τόπους. Ideò aconitum appellatum ἀπὸ τῶν ἀκονῶν, quæ cautes significant. Plinius lib. XXVII. cap. III. *Nascitur in nudis cautibus, quas aconas nominant: & ideò aconitum quidam dixere, nulla juxta ne pulvere quidem nutriente: hanc aliqui rationem nominis attulere.* His in verbis duplex habemus etymon, de posteriori mox dicemus. Atque hæc sunt argumenta, quibus prior utitur sententia. Altera non minoribus, nec minus firmis. Quod Theophrastus satis clare & expresse scribat nomen accepisse ab aconis Mariandynorum pago, ad Heracleam Ponti. *Maryandynorum*, legendum, ex Nicandri loco citato, nec non carmine Dionysii probatur. Theophrasti verba ab Aelio Promoto probantur, cujus verba ex Libro, qui in Bibliotheca Vaticana servatur περὶ ἰοβόλων καὶ δηλητηρίων φαρμάκων apud Doctiss. Mercurial. leguntur τὸ ἀκόνιτον φύεται μὲν ἐν ἀκόναις, λόφῳ δέ ἐστιν ἐν Ἡρακλείᾳ, ὅπου καλέμενον Ἀκόναι, ὡς ἱστορεῖ Θεόπομπος: καὶ ἐυφορέων δὲ ἐν τῷ ξενίῳ. ἐστὶ δὲ τὸ ἀκόνιτον ῥίζιον ἀρεδὸν διεμφερὲς, ἀπὸ δ' τόπου τοῦ ὄνομα κέκτηται, ὃ καὶ παρδαλιαγχὲς τινες ὀνομάζουσι, διὰ τὸ τὰς παρδάλεις δάπτουσα τοῦτο πικρὸν ὑπομένειν. Id est, *Aconitum in Aconis quidem nascitur. mons autem est in Heraclea sic vocatus, ut narrat Theopompus: ut verò Euphorion scribit in Xenio, aconitum radicula est gramini similis, à loco hujusmodi nomen sortita, quam nonnulli pardalianchen vocant, propterea quod pardali, si eam gustaverint, suffocantur.* Antigonus in collectaneis sive admirabilibus, Θεόπομπος δέ φησιν ὁ ἱστοριόγραφος τὸ καλούμενον ἀκόνιτον, γίνεσθαι μὲν φησὶ Ἡράκλειαν τὴν ἐν τοῖς ὀνομαζομένοις Ἀκόναις, ὄρει τῆς Θασηνίδος πετρώδει. *Theopompus verò historiarum scriptor aconitum vocatum circa Heracleam in Aconis vocatis nasci, atque inde nomen habuisse narrat.* Idem apud Athenæum lib. III. deipnosoph. reperitur τὸ ἀκόνιτον ὃ κεκλῆσθαι φησὶ, διὰ τὸ φύεσθαι ἐν τόπῳ Ἀκόνας καλουμένῳ ὅπερ φησὶ τὴν Ἡράκλειαν. *Aconitum vocari scribit, à loco circa Heracleam Aconis appellato.* At horum quidem auctoritate hæc posterior nititur sententia, quam propter summum veterum Græcorum consensum, probabiliorem judicamus. Dixi supra ex Plinii verbis, & alteram nominis rationem posse colligi, nempe nomen inditum quod in locis nasceretur, quæ ne pulverem quidem plantæ nutriendæ suppeditarent. Ἀκόνιτον Græcis dicitur quod sine pulvere vel citra calcem est. Hesychius ἀκονιτὶ ἀμαχητί. ἢ χωρὶς ἀκονίστου. Legendum κόνεως. Sed cum cautes, locaque aspera, ac petrosa, nudaque talia sint, idem ferè videtur utrum dicamus, quod in locis citra pulverem, vel cautibus nascatur. Aliis nomen inditum placet, quoniam vis eadem in morte esset, quæ cotibus ad ferri aciem deterendam, statimque admota velocitas sentiretur. Ingeniosa nominis ratio, sed an ex mente veterum Græcorum, in dubium vocari potest. Apud Plinium tamen reperitur. Sed quilibet fruatur, quo velit etymo. Aconiti unius mentio sit apud Theophrastum, duorum apud Dioscoridem, quorum prius à Theophrasto scorpii nomine, infra cap. XX. describitur. Hac de causa Dioscorides culpatur, eumque lapsum quidam scribunt, male interpunctis ac perperam intellectis Nicandri versibus, ex quo ferè omnium venenorum naturas ac remedia in suum opus transtulit, quod adeò certum ajunt, ut nihil possit dici certius. versus Nicandri in Alexipharmacis statim in initio reperiuntur.

Τὴν μέν τε κλείουσι μυόκτονον· οἱ γὰρ ἀνιηρὲς
πασσυδίην ὄλεσσαν λιχμήρεας ἠρήσαντο.
οἱ δέ τε παρδαλιαγχὲς, ἐπεὶ θήρεσσι πλώεσσι
πόντιον βεβλάπται τε καὶ αἰζηοσύνης ἔληγε,
ἴδης ἐν κνημοῖσι, φαλακραίης ἐνὶ βήσσης.
πολλάκι θηλύφονον δ' ἠμύσσεσκε· σὺν δ' ἀκροτόμοις
θῆλαι λίην ἀκόνιτον ἀνεβλάστησεν ὀρόγκοις.

Hoc etiam quidam dixere myoctonon, omneis
Quod perimat, qui sint ausi delingere mures.
Pardalianches & huic nomen posuere, quod illo
Pastorum insidiis infecta carne veneno
Pantheræ pereant celsis in collibus Idæ.
Mors quoque thelyphononque & cammoron indidit atrox
Fœminei sexus auris in cautibus, altos
Per montes nascuntur, & hinc aconita vocamus.

Prioribus in carminibus docetur unde myoctonon pardalianches dictum sit. Ex duobus posterioribus Dioscorides collegit unum tantum aconiti genus describi, quod & μυόκτονον & παρδαλιαγχὲς & θηλυφόνον & κήμμορον nominatum sit, idemque aconitum gigni in Aconis Heracleæ Ponticæ, inde Dioscorides primum illud genus aconiti constituit; quod & θηλυφόνον & κήμμορον & μυοκτόνον & παρδαλιαγχὲς nominatum dicit, cui & historiam thelyphoni accommodavit, prorsus veluti ex Nicandri sententia, quem ubique sequitur in natura ac remediis venenorum, quasi ille unum idemque aconitum proposuisset, sub diversis illis nominibus. At cum apud Theophrastum aliud reperisset à Thelyphoni natura ac facie diversum, id pro altero genere aconiti obtrusit. Verùm non hæc fuit mens Nicandri, qui aconitum sic proprie dictum à thelyphono, vel cammoro clarissimè distinxit, si rectè verba ejus interpungantur ac emendentur in hunc fere sensum.

ἴδης ἐν κνημοῖσι, φαλακραίης ἐνὶ βήσσης
πολλάκι θηλυφόνου· καὶ κήμμορον, σὺν δ' ἀκροτόμοις
θῆλαι λίην ἀκόνιτον ἀνεβλάστησεν ὀρόγκοις.

Sæpe phalacræis nemorosis vallibus Idæ
Thelyphonum invenias, & cammoron, ast Aconarum
Per rigidas cautes nigra longè aconita leguntur.

Quæ insignis, inquiunt, tum emendatio, tum distinctio, & maximi prorsus momenti. Vulgo editur θηλείην ἀκόνιτον. quod erat mendosissimum. Aconitum quod à Nicandro describitur, aconitum est Theophrasti, hoc μυοκτόνον & παρδαλιαγχὲς vocatum ait. Occasione data thelyphoni simul meminit, quod etiam cammoron dictum est, quod eadem virtute præditum esset, feris necandis. Sed ea distinguit à loco natali. In pedibus Idæ montis & vallibus phalacræis sæpe thelyphonon & cammoron invenitur. aconitum vero in Aconis cautibus —— ἐν δ' ἀκόναις, τῆλε λίην, &c. ἀκροτόμοι ὄρογκοι ab Aconis, loco Heracleotici agri sunt appellati, in quibus plurimum aconitum. Separat itaque aconitum sic proprie appellatum, à thelyphono sive cammoro, idque prorsus secundùm Theophrasti sententiam. θηλυφόνον ἐν σπιώδεσι ille nasci tradit, Nicand. ἐν βήσσαις Idæ montis, quæ sunt loca cava inter montes, ut convalles sylvis opacæ. Aconitum Theophrasti τὰ πετρώδη χωρία diligit, & in Aconis Ponticis plurimum ac præstantissimum provenit. Hic similiter ἐν ὀρόγκοις ἀκροτόμοις gigni aconitum memorat, in summitate scilicet & vertice, Aconensium cautium. Grammatici ὀρόγκους interpretantur τῶν ὀρῶν τὰ ὀγκώδη partes montium eminentes, quæ ut plurimum nudis cautibus & apertis attolluntur. At βῆσσαι contra sunt ὄρεων κοιλάδες *convalles*, quæ ferè semper sylvis & umbrantibus opacæ sunt, & rivis humentes ὑδρηλὲς τόπους etiam Grammatici exponunt. Hujusmodi locis gaudet Thelyphonon, contra aconitum siccis, & asperis, saxosisque. Hoc τῆλε λίην nasci Nicander in Aconæis cautibus, quia longinqua Nicandro illa loca, in quibus aconitum gignebatur, in intimo Ponti recessu: at thelyphonon in vallibus Idæ Troicæ, quæ non ita longè distabat à patria Nicandri, qui Colophonius erat, in eadem sunt provincia, id est

Asia

Asia minore, Ida Troadis & Colophon. Ideo de aconito dixit θηλι λίην illud nasci in comparatione thelyphony, quod in vallibus Idęis proveniebat. Portentum igitur mendi est, quod in vulgatis libris visitur, θηλείην ἀκόιτον. Hæc Doctiss. virorum correctio & interpunctio fit verisimilior, quod in Ida Troica pantheræ non reperiantur, saltem nihil de illis proditum apud veteres. Quare rectè versus ἴδης ἐν κνημοῖσι avellitur à superioribus. Sed an in Ponto pardi ac pantheræ sint, non constat. Fera hæc animalia in calidis regionibus reperiuntur. In Ida Troica hodie si bene ex mercatoribus intellexi, pantheræ, pardi, leones, aliæque feræ, immitesque bestiæ inveniuntur. Sed nolim de re contendere, de qua mihi non constat. Dioscoridem Græci antiquiores omnes sequuti sunt, negant hoc doctiores. Aëtius enim disertè pardalianches Theophrasti aconitum appellatum testatur. ἀκόιτον ἢ παρδαλιαγχὶς παρόικις μὲν τῇ ἀχρίᾳ ζιελδὶ, ζπιλικῶς δὲ ϑηλυπεταλώδης δυνάμεως. Nihil tale in editis Græcis codicibus, nec unquam sic scripsit Aëtius, verum, ut in vulgatis legitur, ἀκόιτον ἢ παρδαλιαγχὶς, παρόικις μὲν τῇ ἀχρίᾳ ἰριδὶ. *Aconitum, sive pardalianches simile est iridi sylvestri.* Sic scripsisse Aëtium ex lib. VI. cap. LXIV. probatur, ubi ait ἀκονίτου χυλὸν, τυτέστι ἴρεως ἀχρίας λι. ἀ. ἐκτοῦρου μέλανος λι. ἀ. succi aconiti, hoc est iridis sylvestris libram, hellebori nigri libram. Idem Aetius lib. XIII. cap. LIX. expresse ait, aconitum irim sylvestrem dictum. In promptu est ratio, cur iridi compararit sylvestri, quod iris geniculatam habeat radicem, quadantenus caudam scorpionis referentem. Iconem, quam supra apposuimus, videat diligens lector, & ex æquo judicet. Quod Dioscorides duo aconiti genera tradat, ac unum quidem pardalianches sive thelyphonon, alterum lycoctonon vocet. Facile fieri potest Dioscoridis ævo, quod Theophrasti ϑηλύφονον & σκόρπιον dicebatur, aconitum fuisse dictum, & pro altero aconito fuisse habitum, cujus rei non minimum indicium est, quod inter aconiti historiam, thelyphoni mentionem faciat Nicander. Dioscorides porro plantas eo nomine solet describere, quo à botanicis & pharmacopoeis sui seculi nuncupabantur, in quo, (pace doctissimorum virorum dicere liceat) quid commiserit, non video. Atqui aconitum, inquies, pardalianches vocat plantam, quam Theophrastus scorpion & thelyphonon, eandem hanc cammaron vocari scribit, contrà Nicander, Dioscoride antiquior, pardalianches, cammoron dictum, à thelyphono distinguat, ac diversam faciat plantam. Magna hallucinatio. Idem Dioscorides periclymeni nomine describit, quod clymeni Theophrastus, & ῥαφάνου quod ille ῥαφανίδος, κράμβης denique, quod ῥαφάνου præceptor. Supra ex Galeno probavimus, antiquissimis Græcis ῥάφανον brassicam denotare, cum à recentioribus radicula sic vocetur. Idem in aconiti historia contingere potuit; Recentiores nempe scorpion & aconitum, quod utrumque necandi vim habeat, eodem nomine nuncupasse, ac quidem scorpion quod citius magisque pardos, pantheras, muresque occidat pardalianches, myoctonon, thelyphonon vocasse, alterum verò quod lupos canesve lycoctonon & cynoctonon. Merito etiam in dubium vocatur, utrum descriptio aconiti lycoctoni conveniat cum Theophrastea; ut maximi referunt viri. Ex utriusque descriptione, an eadem sit planta palam fiet. Describit Dioscorides alterum aconitum, quod Theophrasti volunt, his fere verbis: ἀκόνιτον ἕτερον, ὃ ἔνιοι κυνοκτόνον, οἱ δὲ λυκοκτόνον καλοῦσι, γεινάται μὲν πολλαχοῦ ἐν Ἰταλίᾳ ἐν τοῖς καλουμένοις ἑσπέροις ὄρεσι, διαφέρον δὲ τοῦ αὐτοῦ. φύλλα ἔχει ὁμοια τοῖς τῆ πλατάνου, μᾶλλον δὲ ἐπιχισμένα, καὶ μικρῷ τρόπῳ πολλῷ τῷ μελάντρῳ, καυλὸν δὲ κυνώπες πτερὸν, μῆκος, ψιλὸν, ὕψος πήχεως, ἢ τὸ μείζονα. καρπὸν δὲ ἐν λοβοῖς ἐπιμήκεσι ποσῶς, ῥίζας ὅσπερ τῆλεκτάνου μελαίνας. αἷς χρῶνται οἱ τὰ τῶν λύκων ϑήρας ἐπιβάντες κρίασιν ὑμοῖς. βεβλῆσθαι γὰρ ὑπὸ τῶν λύκων ἀναιρεῖν αὐτούς. *Aconitum alterum, quod nonnulli cynoctonon, alii lycoctonon vocant, plurimum nascitur in Italia, Vestinis montibus, à superiore distans (potest etiam exponi superiore præstantius) siquidem folia gerit similia platani, sed altioribus divisa incisuris, minoraque multo, & nigriora; caulem, pediculi instar filicis, nudum; cubiti altitudine, aut etiam majore, & semen in siliquis aliquatenus oblongis, radices vero, in modum scillæ marinæ cirrorum, nigras, quibus ad venationes luporum utuntur in pacto, tum medici, tum venatores antiquitus aconito uterentur.* Aconiti genus foliis platani Dioscorides in ἰαπύγιοις Italiæ montibus nasci ait. Corrigunt ἑσπέριοις, idque

sertæ siquidem crudis carnibus, & à lupis devoratæ eos enecant. Magnum, inquiunt, in verbis Theophrasti, mendum: non rectè comparat radicis graminis humilis, quale est aconitum, radicibus ingentis arboris: Scribendum ῥίζαι δὲ ὁμοίαι τοῦ χόρτου καὶ τοῦ χαμαὶ κράνου Dioscorides enim πολυτρόπως comparat κυκλάμινον. Corruptam esse aconiti historiam, non nego; κυκλάμινον tamen non repono, sed κυρύαν, qualem habere aconitum Theophrasti docet experientia, ipsaque autopsia. Etiam ἀντὶ κιχορειώδης lego βατραχιώδης, quale folium tabula addita ostendit. Atqui inquiunt, φύλλον κιχορειώδες convenit cum illa foliorum facie, quam aconito alteri dat Dioscorides. Eodem argumento probabunt, quercum, platanum, cichorium, scordium, scabiosam, geranium, populum, ficum, & quidquid denique dissectum, serratumque habeat folium, eandem obtinere formam. Nulla platani cum cichorio similitudo, ut ex utriusque icone lector animadvertere potest. Addo aliud argumentum, quo probo diversum aconitum hoc Dioscoridis esse à Theophrasti, quod alter inquiat, caulem ferre aconitum cubitalem aut majorem, alter brevem dicat herbam, in qua supervacui nihil: quæ caulem cubitalem ferunt, non merentur inter breves numerari herbas. Ineptus foret Theophrastus, si toti squillæ radicem compararet, cum, partem tantum squillæ referat. Aconiti tamen Theophrasti descriptionem Dioscorides tradidit, sed ea periit, quod ex vestigiis antiquæ lectionis colligi licet. In veteri enim codice legitur ἀκόνιτον ἕτερον ὃ ἔνιοι κυνόκτονον, οἱ δὲ λυκοκτόνον καλοῦσι, τέτταρα γάρ εἰσι τρία. ὧν μὲν ᾧ οἱ ϑηρεῖς χρῶνται. τοῦ δυσὶν ἰατροί. τέλεον τὸ λεγόμενον παντικόν. In altero vero habetur, τέτταρα γάρ εἰσι τρία, ὧν μὲν ᾧ κυνοθῆρες χρῶνται, τοῖς δὲ δυσὶν οἱ ἰατροί. ὧν τὸ τέλεον λεγόμενον ποντικόν. *Hujus genera tria, unum quo venatores utuntur, duo quibus Medici: ex quibus tertium est quod Ponticum dicitur.* Hæc corrupta esse fatemur; attamen non omnino, ut docti viri volunt, rejicienda, Illud commodi ex iis percipitur, tria lycoctoni fuisse genera, quorum duorum periit historia, inter quæ sine dubio Theophrasti, quod in cautibus nascitur, reponi debet verisimile admodum hoc Ponticum vocatum quod circa Heracleam Ponti optimum foret. Fortassis sine damno periere etiam quædam, nempe quonam

Aconitum Luteum.

idque quod in Italia non ſint Juſtini montes, ſed Veſtini. Attamen vulgatam lectionem probat Oribaſius. Auget ſuſpicionem ſic ſcripſiſſe auctorem, quod eundem errorem capite de aſaro reperio. Si non ſit mendum; ignoſci tamen Græco homini poteſt; quippe qui Italos veſtinas pronunciantes male intellexerit. Sed præſtat mendum ſcribentis dicamus. Lego ex Oribaſio, ac antiquo codice, μικρόπεφυ, non ut vulgo ſcribitur μακρόπεφυ. Eo libentius hanc agnoſco lectionem, quod aconitum lycoctonon, cui deſcriptio Dioſcorides perbellè convenit, folia eſſe longe quam platani minora, ipſe comprobet ſenſus, uti Clariſſ. Dodoneus rectè obſervavit. Sed notandum, in ipſis montibus latiore caule & folio eſſe, cum alibi humiliore ſit caule, & foliis minoribus. Genera plura obſervarunt recentiores; nos duorum exhibemus iconem, quod maxime cum deſcriptione conveniant. Primum luteum vulgo vocatur, petiolis nudis; alterno ſitu, gerit folia ampla, in complures partes conſecta, ad inſtar platani, ſed profundioribus majoribuſque inciſuris, ac minora, reſplendentia, ac non raro nigriora; Superiore nempe parte. Inferiore enim magis inalbicant: Caulis bipedalis, & quandoque altior, rotundus, lævis, lentus ad latus non nihil reflexus, nequaquam in totum rectè aſſurgens, in ramulos etiam ſubinde diffuſus; Flores ordine ſupra invicem digeruntur, effigie & colore linariæ, pallentes ſub luteo, interdum pallidiore, nonnunquam intenſiore colore. Succedit ſemen in corniculis anguloſum, atrum; Radices ut plurimum nigræ, multis cirris craſſis & flexuoſis implicatæ. In montanis & opacis viret; invenitur in Alpibus, aliiſque compluribus montibus, non raro etiam in montium convallibus. Alterum foliis minoribus, magis diſſectis, flore purpureo, radice magis implicita, ac flexuoſa, cirros ſquillę magis referente.

Aconitum Lycoctonon dictum.

Hoc genus lycoctonon vocatur, quod lupos necet; cynoctonon, quod canes. Eadem de cauſa apocynum dicitur. Sed & alia quædam planta ſic dicitur, cujus meminit Dioſcorides lib. IV. cap. LXXXI. Ἀπόκυνον, οἱ δὲ κύναγχον, (vet. κυνάγχιον) οἱ δὲ παρδαλιαγχὶς, οἱ δὲ κυνόμορον (Ald. κυνὸμορφον) οἱ δὲ κυνοκράμβην καλοῦσι —— τοῦτο τὰ φύλλα σὺν ἅλατι ἀρτοποιηθέντα, καὶ ὀφθεληθέντα, κτείνει κύνας, λύκους, ἀλώπεκας, παρδάλεις. ὀφθεῖσμα δὲ ὀφελεῖ αὐτῶν τὰ ἴχνια. *Apocynon, aliqui cynanchon, nonnulli pardalianches, alii denique cynocramben, hoc eſt caninam braſſicam appellant —— hujus folia cum ſubacta farina, in panes coacta & in cibos data, canes, lupos, vulpes, & pantheras necant, ac protinus earum quadrupedum coxendices reſolvunt.* Senſus, inquiunt viri docti, poſtulare videtur, ἀντὶ στέατος, quod *adipem* ſignificat, στέατι reſtituendum. Σταῖς enim farina eſt aqua ſubacta. Sed στέαρ, quanquam vulgo adipem ſevumque denotat, tamen non raro pro farina ſubacta & fermentata accipitur, uti infra cap. XXII. de grano gnidio. Sed vulgatam ſignificationem maxime probo. Nam canes folia apocyni graveolentia, farina mixta, non facile, niſi fame pereant, edere, probabile ſit; adipe vero mixta facile, etſi cibum non appetant, devorabunt. Folia itaque adipe, canibus grata, commiſcenda ſunt, & in globulos placentaſque, panis modo, formanda. Helychius λύκτονον maſſam inquit, eſſe pharmaco quodam permiſtam ad necandum canes. Ἀπόκυνον μίζα μεμιγμένη φαρμάκῳ πρὸς ἀναίρεσιν κύνων. Non tantum animantibus ſed & homini venenum eſt. Galeno lib. VI. ſimpl. teſte. λόκτονον δὲ κυνοκράμβη. καλοῦσι δέ τινες κυνόμορον αὐτὴν, ἐπειδὴ πάντας τοὺς κύνας ἀναιρεῖ, καθάπερ τὸ λυκόκτονον τοὺς λύκους. ἔστι δὲ ἀνθρώπων δηλητήριον, ἰκανῶς δυσώδης φύσει. *Apocynum, aut cynocrambe, vocant etiam quidam cynomorum, quandoquidem canes celerrime interimit, ſicut lycoctonon lupos. Eſt autem hominibus venenum, herba multum graviter olens.* Hæc ſi vera; graviſſimè peccavit Plinius, ni codex corruptus ſit. Præſcribit enim apocyni ſemen adverſus pleuritim; Locus eſt lib. XXIV. cap. XI. *Sic & pleuriticos*, inquit, *& omnes lateris dolores* (ſanat) *apocyni ſemen ex aqua. Frutex eſt folio hederæ, molliore tamen, & minus longis viticulis, ſemine acuto, diviſo, lanuginoſo, gravi odore, canes & omnes quadrupedes necat in cibo datum.* Vix imaginari queo, Plinium ſic ſcripſiſſe; maxime cum Dioſcorides, ad nullum uſum humano corpori commodum, præſcribat; Galenus verò homini perniciosum referat. Quare verba hæc ſic lego, & *Pleuriticos & omnes lateribus dolores ex aqua.* Ad præcedentia, nempe alyſſi hiſtoriam, referenda, ut ſequatur. *Apocynum frutex eſt.* Apocynum his fere verbis deſcribit, Dioſcorides θάμνος (vulgaria exemplaria, ἕρπος) ἐστὶ, ῥάβδους ἔχων μακρὰς, λυγώδεις, δυσθρύπτους, (δυσώδεις, addunt alii) φύλλα κισσῷ ὅμοια, μαλακώτερα ἢ, κὴ ὀξύτερα, κατ' ἄκρα, βαρύοσμα, ὑπόγλισχρα, ὅπῳ μετὰ μέλιτος. καρπὸς δὲ ὡσεὶ λοβοὶ κυάμων πρὸς δακτύλου τὸ μῆκος, ψυλακώδης. ἐφ' ὧν σπερμάτια σκληρὰ, ζμυρνῇ, μέλανα. Tria poſteriora verba non habentur in veteri codice. Ruellii codex λευκῇ legit. *Eſt verò frutex longis conſtans virgultis* (Plinius perperam *viticulis*, aliud κληματίνοις, aliud ῥάβδοις) *vitilium modo obſequioſis, fractuque ferè invictis, foliis hederæ; attamen mollioribus, & per extremum acutioribus, gravique odore, quadantenus viſcoſis, & luteo ſucco turgentibus. Fructus ceu fabarum ſiliqua* (Græcarum intelligi, non vulgarium) *digiti longitudine protenditur, folliculari ſpecie, minutis intus ſeminibus, duris, parvis, atque nigris.* Aliam Plinius ſeminis dat delineationem; quam unde habeat, ignoro. Fert enim ſiliquam follicularem concluſam, quæ lanugine plena eſt. Apocynum recentioribus περίπλοκος vocatur, quaſi *circumplectens*, eo quod proxima amplectetur. Hujus nonnulla recentiores obſervarunt genera. Aliud enim folio ſubrotundo, oblongo aliud, tertium ſalicis folio, quartum quod tertii apocyni nomine deſcribit Cluſius. Duo poſtrema ad ſcammonii Monſpelienſis claſſem referunt doctiores, Quorum opinioni non adverſamur. Rotundo hederaceo folio apocynum, amplexi caulis eſt, proxima pedamenta ſcandendo ambiens, & circumvinciens; caules ejus longi, rotundi, lenti, flexibiles, graciles, viminei, geniculati, fractu difficiles, ſubrubentes, pediculos utrimque habentes longiuſculos & exiles; in quibus folia Hederacea, molliora, viridia, lævia, renidentia, non nihil venoſa, & quam vicetoxici rotundiora, in ſummo acuminata. Flores haud magni, muſcoſi, albicantes, quinque foliis conſtantes. Succedunt ſiliquę toroſæ, aliquantulum recurvæ, ut plurimum geminatæ, aſclepiadis majores; minores tamen quam rhododendri, & acutiores. In quibus ſemen nigrum, molle depreſſum; tomentoque ſimilis eſt lanugo, quæ in areſcentibus, diſſilientibuſque ſiliquis conſpicitur. In conſpectum prodit, radix fibroſa, ſuccus flaveſcit, in gratus, & uti tota planta viroſus. Altera prolixioribus & levioribus viminibus ſerpit, variiſque flexibus arripit, & amplectitur obvios caudices periclymeni modo; folia ex utrimque ex adverſo bina, periclymeni potius, quam

hederæ

hederæ ęmula, ſed apice ut vicetoxicum donata. Utrum canes occidat, mihi non conſtat; nunquam experimentum feci. Veriſimile admodum, ea facultate pollere. Veterum enim cum deſcriptione pulchrè

Apocynum foliis hederaceis.

convenit, malique ac pernicioſi odoris eſt. Hujus antidotum eſt vice toxicum, vulgo vincetoxicum. *Certum*, inquiunt Adverſariorum auctores, *nos exploratumque habemus, jam diu ſaltem aliis venenis à cane devoratis antipharmacum fuiſſe, uti thoræ authora, & Paridis herba pardalianches ſunt.* Hæc verba de vicetoxico, non de apocyno, ut quidam putarunt, intelligenda. Ipſe Lobelius, Adverſariorum auctor alter teſtis locupletiſſimus. Etenim in belgica verſione, quam ipſe tranſtulit, legitur. **Iſt dat dit krupt apocynum der honden doodt is/ als sp 't eten / soo iſt der waerheyt seer ghelijck dattet apocynum is. Ende de remedie hier teghen is by avonture het vicetoricum. Wy hebben overlangh seecker bevonden / dat een remedie is gheweest / teghen ander fenijnen / die de Honden ghegheten hadden / ghelijck authora teghen thora / en wolfs-beſijen teghen pardalianches.** Ex his, qui belgica callent lingua, luce meridiana clarius videbunt, verba adverſariorum intelligenda de vicetoxico. Nomen vicetoxici, vel vincetoxici barbarum eſt, & à recentioribus huic impoſitum, quod illi inſignis adverſus venena vis inſit. Vox conflata eſt, ex vinco, & toxicum. rectius νικητοξικὸν, utraque Græca voce, dixiſſent. Hirundinariam etiam vocant, à fructu, ſeu potius ſiliquis quas producit, quæ dehiſcentes plumoſum oſtendunt ſemen, atque hirundinis figuram referunt. Quæri ſolet utrum Aſclepias ſit Dioſcoridis; Aſclepias dicitur ab antiquo medico, nec dubium quin illud nomen impoſitum à vi qua venenis reſiſtat. His ferè verbis deſcribit Dioſcorides lib. III. cap. CVI. Ἀσκληπιὰς κλωνία ἀνίησι μακρὰ. ἐφ' ὧν μακρὰ, λίσσῳ ὅμοια. ῥίζας πολλὰς, λιπτὰς, ἰνώδεις. ἄνθος βαρύοσμον. σπέρμα ᾧ ὡς πτελέης. φύεται ἐν ὄρεσι. *Aſclepias ramulos emittit longos, in quibus folia longa, hederacea: radices numeroſas, tenues odoratas, florem graveolenten, ſemen ceu ſecuridacæ. Naſcitur in montibus.* Eadem ferè Plinius lib. XXVII. cap. V. *Aſclepias folia hederæ habet, ramos longos, radices numeroſas, tenues, odoratas: flores virus grave; ſemen ſecuridacæ. Naſcitur in montibus.* Vincetoxicum aſclepiada eſſe affirmant plurimi, negant pauci; his moti rationibus, quod folia & radices nullo commendentur odore, flores virus aliquod non redoleant, ſemen ſecuridacę ſimile non ſit; Addunt, ex Oribaſii lectione, aſclepiada non proferre folia oblonga, cui ſubſcripſit Marcellus interpres, fretus fortaſſe, ut ſolet, probatiſſimis exemplaribus. Prętęrea, inquiunt, antiquiſſimus codex manu ſcriptus de radicibus non legit πολλὰς, hoc eſt *multas*, ſed tantum λιπτὰς, ἰνώδεις id eſt *tenues, odoratas.*

Aſclepias, ſive vincetoxicum.

Ad hæc reſpondent botanici celebres. Ad primum, radices odoratas eſſe, non negabunt ii, quibus organum olfactus incorruptum ac illæſum eſt. Sed odoratæ magis radices ſunt è locis montoſis, ideoque pro cœli ſolique ratione plantas magis odoratas & in odoras eſſe, ut mille in locis docet Theophraſtus. Quod de foliis ajunt, nihil ad rem facit, odorata an odoris expertia ſint; ſiquidem Dioſcorides non aſſeruit, odore commendari. Ad tertium, quod de floribus ajunt, non omne βαρύοσμα virus redolere. Graveolentiam enim omnibus non æquè magnam eſſe; Quin etiam ſi terantur vel minimum floſculi, gravitatem eos emittere non negabit is, cui nares non ſunt obeſæ; hoc obiter addam; perperam βαρύοσμον Plinium *virus* vertiſſe, quod infinitis probari exemplis poteſt. Polium Dioſcorides lib. III. cap. CXXIV. βαρύοσμον, μετὰ πόσης ἰνωδίας ſcribit. Nemo autem facile virus redolere dicet. Semen tametſi, non exquiſitè quadrangulum; plana tamen oblongaque eſt figura, magnitudine & colore ſatis ſecuridacæ referens. Voces μακρὰ, (vel, ut in altero antiquo codice perperam, μικρὰ) & πολλὰς omiſſæ, nihil conferre poſſunt. Folia hęderacea quandoque longa, nonnunquam anguloſa, etiam & oblonga & rotunda ſunt. Aſclepias non minus quam ſeſeli æthiopicum & periclymenum hederæ folio dici poteſt; tenueſque radices ſæpe ſunt multiplices. Vincetoxicum aliud flore eſt albo, aliud nigro, id eſt colore pullo, parum ad purpureum vergente. Quod Doctiſſ. botanicus apocynum eſſe Dioſc. ſtatuit. Pallido turgere ſucco, inficias iri non poteſt. Multas habet etiam notas apocyni; attamen cum foliis viticuliſve non conſtat graveolentibus, nec frutex dici, poſſit (nihil enim lignoſi habet, nec longis fractaque contumacibus virgultis conſtat,) apocynum eſſe validis ſatis argumentis probari non poteſt. Sub judice lis hereat, quilibet ſua fruatur opinione, nobis id admonuiſſe ſufficit. Hactenus de plantis quæ canes, ſues, pantheras, lupos necent; adjicienda pedicularia, ſive quæ pediculos necet, hiſtoria. Græcis φθεῖρες ἄγρια

ἄγρια dicta, vel, uti apud Galenum lib. VI. simpl. legitur, ἀσταφὶς, ἡ μὲν inquit, ἥμερος πιπτκῆς τε —— ἡ δ' ἄγρια ὀριμείας ἰσχυρᾶς ὡς ἀποφλεγμαίνειν τὴ ῥύπτειν (Φοδρὸς ὥστε τὴ σὺν ψάλλειν ἀερώδη. Σταφίδος nomen à foliorum diviſuris accepit, quibus vitem imitatur ſylveſtrem. Recentiores ἀγριοσταφίδα eodem dixere ſenſu. Orneoſophiῶν auctor capite ἰὸς ἀνατονὴν καὶ στόμαχον. χαλεπὸς κεφάλαια γ'. ἀγριοσταφὶς κίρ' β' στέχυς λευκᾶ Ἀφελκᾶ κίρ. ιγ'. Idem capite ἄλλο ὁ ῥηγέλεος κατήρτησε· αὐλὸν ἵππικὴν ἀγριοσταφίδα ἔκφυον ἀνὰ ὀυγ. *ἀ aloes hepaticæ, pedicularis ſingulorum unciam.* Hodie, ut audio, in Creta ψιεθκακκον & φθιεθκοκκον vocant. Uva taminea dicitur etiam Latinis, quod affirmat Celſus lib. III. cap. XXI. *Hebenus, cupreſſi ſemen, uva taminea* (*tyminia* in quibuſdam codicibus) *quam ταφίδα ἀγρίαν Græci nominant.* Hunc non apertè, ſed tacitè carpit Plinius lib. XXIII. cap. I. *Aſtaphis agria ſive ſtaphis, quam uvam taminiam aliqui vocant falſo.* In eundem idem Plinius incidit (ſi hallucinatio dicenda) errorem lib. XXVI. cap. XIII. Item *phthiriaſi qua Sylla dictator conſumptus eſt; naſcunturque in ſanguine ipſo hominis animalia exeſura corpus. Reſiſtitur uvæ taminiæ ſucco, aut veratri, cum oleo perunctis corporibus. Taminia quidem in aceto decocta, etiam veſtes eo tædio liberat.* Hæc Galenus de ſtaphide agria. lib. I. κατὰ τόπους cap. VII. βοηθήματα φθειριάσεως —— ἢ ἐλαίδοσον λευκὸν, ᾧ ταφίδα ἀγρίαν, ἓ νίτρον ἴσα μιτ' ἐλαίᾳ ἐν βαλανείῳ χρῶ. *aut veratrum album & ſtaphidem agriam, & nitrum pari pondere, cum oleo in balneo adhibe.* Aſtaphis agria latinis etiam pedicularia vocatur. Scribonius cap. VIII. *Cyclamini ſucci, ταφίδος ἀγρίας, quam herbam pedicularem quod pediculos necet, quidam appellant.* Deſcribitur à Dioſcoride lib. IV. cap. CLVI. Σταφὶς ἀγρία φύλλα μὲν ἔχει ὅμοια ἀμπέλῳ ἀγρίας ἐπιχρωμένα. καυλὸς ὀρθὸς, μέλανα, μίλανα, τὸ δὲ ἄνθος φέρει ἰσάτῃ ὅμοιον. τὸ δὲ κάρπον ἐν θυλακίοις χλωροῖς ὅμοιον ἰρινθίῳ, τελγωνον, ὑπόκιρρον ἐν τῷ μέλανι, τὸ δ' ἔνδον λευκὸν γυναμένῳ ὁμοίως. *Staphis agria folia quidem habet labruſcæ modo diviſa, & cauliculos rectos, molles, nigroſque, florem vero fert glaſti, ſemen in folliculis viridibus ceu ciceris triangulum, ſcabrum, ex nigro ſubſulvens, intus album, guſtu acre.* Idem ferè Plinius lib. XXIII. cap. I. *Cauliculis nigris rectis, foliis labruſcæ. fert folliculos verius quam acinos, virides, ſimiles cicere in his nucleum triangulum. Matureſcit cum vindemia, Nigreſcitque, cum taminææ rubentes norimus acinos, ſciamuſque illam in apricis naſci, hanc non niſi in opacis.*

Staphis agria apud Batavos in hortis ſata feliciter quidem provenit, floremque fert, ſed fructum maturum, niſi æſtas calidior fuerit, non reddit. In Apulia, Iſtria, Dalmatia copioſiſſima reperitur. Caulis huic erectus, nigricans cubito altior: folia ab imo in pampineis viticulis magna, profundis inciſuris, quandoque ſeptem, quandoque paucioribus diviſa; vitis ſylveſtris ſive labruſcæ, aconiti, aut ricini foliorum æmula, flores ſtellati iſatidis, colore cærulei (de glaſti enim colore intelligendus Dioſcorides non qualis in glaſti viſitur flore; ſed qualis ſit glaſti ſucco, nempe ſubcæruleus) Sequuntur folliculi herbacei coloris, multis coſtis compacti, quibus dehiſcentibus, ſemina erumpunt triangularia, nigricantia, pulpa interiore candida, oleoſa, guſtu valde acria, & ſalivam cientia. Radix non ità magna, annua. ſemen notiſſimum, & compertiſſimo uſu ad pediculos ſuffitu & illitu abigendos. Maceratum nempe & tuſum in aceto vegeto ſi affricentur interulæ, quantum eſt pediculorum & lentium enecat. Sed unde digreſſi ſumus revertamur. Doctiſſ. & celeberrimus Dodonæus aconitum Theophraſti putat, quod vulgo hyemale vocamus; quod, ſi hyems clemens ſit, menſe Januario, Februario, alioquin Martio floreat. In collibus Pataviò vicinis, florem Aprili, Majoque menſibus producit.

Staphis agria.

Aconitum hyemale Belgarum.

Humilis herba eſt, præter foliorum cauliculos nullos pediculos habens. Sunt autem hi breves, vix palmum alti, & tenues: folium verò in ſingulis unicum, circumſcriptione quidem rotundum, ſed inſtar napelli multifidum, & profundis inciſuris radiatim, diſſectum; quibus ſubinde medius inſidet floſculus luteus, forma ranunculi; quem tamen non capitulum, ſed ſiliquæ ponè ſequuntur, parvæ tres aut quatuor, ſurſum arrectæ, veluti lycoctoni. Radicula ſubeſt craſſa, tuberoſa, primæ anemones æmula, quaſi geniculis aliquot articulata, guſtanti admodum acris; ex qua foliorum pediculi exeunt. Deſcribit celeberrimus Dodonæus aconitum adultum & vetus. Novellum enim radiculam unicam parvam habet, nec tuberculis eminet. Potentia & facultate plantam hanc

Dodo-

Dodonæus pernicioſam admodum & valde exitialem haberi ait. Hactenus & ego hujus fui opinionis, ſed cum viderem thoræ radiculas, nucleum nucis avellanæ referre, melius quam alterius aconiti, eandemque plantam præſentaneum, & perquam exitioſum eſſe venenum, pro aconito habere cœpi, & ac non ut ante, βατραχώδης, ſed κυκλώδης, quod propius ad vulgatam accedit lectionem, reſtituendum putavi; Thora herba nequaquam magna, nèque in amplitudinem ullam effunditur, ſingulari caule, eoque rotundo, glabro, junceo, palmum aut ſemipedem tantum alto, cui unicum ſubinde, raro bina, rariſſimè tria quatuorve adnaſcuntur foliola duriuſcula, lævia, dilute, & aliquatenus ex coeruleo virentia, rotunda ac plane circinata, ambitu tamen crenato ac criſtato. Floſculus in cacumine eminet luteus minor quam ranunculi pentaphylli tormentillæve, alioqui non diſſimilis, globatum capitulum ſequitur è ſeminibus congeſtum, radiculis IX. aut X. & quaſi torulis oblongis, in imo exilioribus, & acutis, ſuperne autem quaſi nodulo collectæ, aſphodeli ſimilitudine & candore (qualis etiam cuticula abacta nucleus conſpicitur) ceſpitem amplexæ quaſi cancri forcipulæ, quod Theophraſtus vocat ὀνυχίνωδη, ab cancrorum pertinacis amplexus imitatione. Thoram vulgo, ſed perperam vocant, φθόρα *phthora* dicendum à venenata vi qua prædita eſt: frequens in Alpibus, & Allobrogum Helvetiorumque montibus gignitur, apud Valdenſes (inde phthoræ Valdenſium nomen accepit) qui partem horum montium, Italiam verſus incolunt, frequens. Venenum ex hac lethale conficiunt, teſte Geſnero, quo ſi gladius, aut ſpiculum, vel ſagitta infecta hominem vulneraverint, (mirabile dictu) niſi pars læſa ſubito abſciſſa fuerit, ne ipſius veneni malignitas in reliquum corpus ſerpat, totum ſanguinem ita corrumpit, atque coagulat, ut ſtatim occidat, nec ullo remedio aut medicamine (quod ſciant) vitæ ac ſaluti occurri poteſt: Neceſſe itaque percuſſum miſere perire. Si verò aliud animal, ſagitta hujuſmodi veneno intincta, verbi gratia, urſus, aut alia fera, percuſſum fuerit, bino aut trino ſaltu facto, moriens cadit. Cujus ſi edantur carnes, nihil nocent homini, ex quo intelligitur id venenum ſoli ſanguini eſſe inimicum, ex adverſo, ſanguis illi veneno ita inimicus eſt; ut ſi in ollam, in qua ſervatur id venenum, ſanguis inciderit, ſtatim vim amittat, nec amplius nocere poſſit. Vim ſucci experturi, acum eo inficiunt, qua ranam pungunt, quæ ſi illico moriatur, præſentaneum judicant; Succus hic vere exprimitur, atque veſiculis aut potius unguibus & cornibus bovillis reconditus, mittitur venum ad emporia finitima, ubi ad uſus annuos venationum ſibi comparant ferarum inſidiatores. Mirantur viri Doctiſſ. cur phthoram hanc Mathiolus pſeudo-aconitum vocarit, cum facultate funeſta quodvis ſuperet aconitum, aut toxicum.

Nobilis inter Botanicos agitatur quæſtio, utrum venenum præparari poſſit, quo quis certo tempore, aut hora perimat. Quod aſſerere videtur Theophraſtus: crediderunt Romani, quod nobili hiſtoria, quæ apud Gellium extat, probatur. Reperitur hæc lib. VI. cap. IV. ubi Gellius ait. *Quod ſatis celebre de Attilio regulo; id nuperrime legimus ſcriptum, in Tuditani libris, Regulum captum ad ea, quæ in ſenatu Romæ dixit, ſuadens ne captivi cum Carthaginenſibus permutarentur, id quoque addidiſſe; venenum ſibi Carthaginenſes dediſſe, non præſentaneum, ſed ejuſmodi quod mortem in diem proferret; eo conſilio, ut viveret quidem tantiſper, quoad fieret permutatio; poſt autem graſſante ſenſim veneno contabeſceret.* Ab altera parte rationibus demonſtratur, hujuſmodi non reperiri venenum, quod venenum ſi unquam interimere debet, opus eſt, ut habeat vim cordi inimicam, & σηπτικὴν, in eſt *putrefaciendi & corrumpendi facultatem*, hujuſmodi autem vis inſignis & efficax eſt, ideoque ubi in corpore viget, aut ſtatim damnum inferet, aut ita diminuetur ejus vis, ut in poſterum etiam mortem inferre non poſſit. Sed hæc non ſatis firma ſunt, videmus quippe canis rabidi venenum ad multum tempus deliteſcere, antequam ſeſe prodat, ac vim ſuam exerceat. Altera ratio majoris eſt ponderis; quod ſcilicet actiones quæ tempore definito agunt ac præfiniuntur, pendeant ac prodeant à facultate, quæ operatur cum deliberatione ac judicio. Agere enim ac perficere, in hoc magis quam in illo tempore, non eſt alterius, quam facultatis deliberantis & perpendentis opus. Unde bruta, quod priventur & ratione, & conſiderandi deliberatione, carent hujuſmodi temporis diſcrimine. Cum autem nullum reperiatur venenum tali facultate præditum, præter rationem videtur determinato ac definito tempore operari. Præterea, ſi aliquod hujuſmodi venenum daretur, rationi conſentaneum foret, aliquod etiam reperiri pharmacum, quod certo quodam tempore ageret. At tale nullum hactenus repertum. Probabile itaque non videtur, venenum dari ac præparari poſſe, quod certo ac definito necet tempore. Sed venenum aliud citius, aliud tardius interimere, non caret ratione & diverſis fit cauſis, quarum prior natura, efficacia, ac vis ipſius veneni. Alterum enim altero validius, & magis potens eſſe extra dubium eſt. Quod ipſa comprobat experientia. Secunda ratio eſt, proprietas & diſpoſitio ipſius corporis. Etenim qui debili ſunt corpore, ac corde imbecilli, citius à veneno extinguuntur, quam qui valido, ac robuſto. Ii etiam quibus corpus eſt calidum, citius pereunt, quam quibus frigidum. Calidum enim vias & meatus habet amplos, per quos facilius penetrat & pervenit venenum ad cor. contra in frigidioribus accidit. Tertia ratio eſt menſura aſſumpti veneni. Axioma philoſophicum eſt, in majori quantitate majorem vim poſitam eſſe, ubi vis major, celeriorque agendi facultas. Neceſſe ergo, ut, qui plus veneni aſſumit, citius quoque interimatur. Quarta ratio ex Theophraſti hoc ipſo capite petitur. Magnum nempe diſcrimen eſſe in colligendi tempore: Æſtate enim collectum venenum magis agit, quam quod vere aut alio tempore colligitur: Quinta ratio. Non parum refert an vacuo, an pleno ſumatur ſtomacho; In jejuno enim citius operatur quam repleto. Non tantum quia liberius per totum corpus in jejuno ſpatietur, ſed etiam quod membra vehementius trahant, facilius admittant.

Negat Theophraſtus, ullum antidotum contra aconiti venenum ſponte naſci. Contrarium Antigonus in admirabilibus ex auctoritate Theopompi docet. Δυναμικὸν ὁ ἀναιρῶν ὤν, ἐκ ὑπαρχεῖν φῆσι, ἂν πίῃ τις πήγανον πρώτην ἡμέραν. ὡς Ἀγαθάρχῳ τῷ τυράννῳ, πολλοὺς ἀνῃρηκότι φαρμάκῳ, τὴν παρασκευὴν λαμβάνειν, ὡς ἐμοὶ συμφανὲς, τοὺς πλείονας ἡρακλειτῶν, ἐ πρότερον ἐξιόντας οἴκαδε ἢ φαγεῖν πήγανον, id (aconitum ſc.) *cum ſit venenum admodum validum, nihil tamen ei obeſt, qui, qua die offertur ipſi, rutam biberit; Itaque cum Agatharchus tyrannus multos veneno ſuſtuliſſet, conareturque latere: re detecta, pleroſque Heracleotarum, non ante egreſſos domo, quam rutam edi ſſent.* Idem apud Athenæum legitur, ſed codex corruptus, perperam κώνειον legitur. Locus eſt libro tertio deipnoſophiſt. Τί δὲ τούτοις ἀπιστεῖ, μαθέτω δ' ὁ Θεόφραστος καὶ Θεόπομπος καὶ Χίων, ἀνδρὸς φιλαλήθους, καὶ πολλὰ χρήματα καταναλώσαντος εἰς τὴν ἐπὶ τῆς ἱστορίας ἐξέτασιν ἀκριβῆ. Φησὶ γοῦν ἔτος τὸν ὀγδοηκοστὸν καὶ πρῶτον ἐπὶ κλίσεως διαγόμενον τὸν Ἡρακλειώτην τὸν ὑπὸ τοῦ τύραννος, ὡς βιαίως ἀνῄρει πολλούς. καὶ ὡς τοῖς πολίταις ἰδίᾳ κώνειον (ἀκόνιτον legendum) πιεῖν. ἐπειδὴ δέ, φησὶ, πάντες ἔγνωσαν, τὸν δὲ φαρμάκῳ τοῦτῳ φιλοτησίαν ἐ προῄεσαν τῶν οἰκείων πρὶν φαγεῖν πήγανον. τότε γὰρ τοὺς προφθάνοντας, μηδὲν πάσχειν, πίοντας τὸ ἀκόνιτον, ὃ κληθῆναί φησι, λάβ τὸ φυόμενον ἐν τόπῳ Ἀκόναις καλουμένῳ, ὅτι πρὸς ἡρακλειαν. *Si quis fidem his adhibere non vult, apud Theopompum Chium diſcat, hominem veritatis amantiſſimum, quique in exacta hiſtoriarum cognitione comparanda, multum pecuniarum conſumpſit. Hic enim in trigeſimo octavo Hiſtoriarum libro, ſermonem faciens de Clearcho Heracleotarum tyranno, ut vi multos ſuſtulit, & ut plurimis aconitum potu dedit; poſtquam ait omnes pharmaci in potu factam à rege invitationem cognoverunt, haud prius domo exierunt, quam rutam comederent, eo quod nihil ab aconito lædantur illi, qui prius hanc potarunt. Aconitum vocari ſcribit à loco, circa Heracleam Aconis appellato.*

Ἀκόνιτον restituendum, non tantum ex Antigoni loco jam citato constat, sed ex ipsis Athenei sive Theopompi verbis colligitur. Etenim non κώνειον cicutam, sed ἀκόνιτον veteres in Ponto circa Aconas nasci tradiderunt. Adde cicutam medicamentum lenius esse multo quam aconitum. Idem error apud Stephanum περὶ πόλεων. λέγεται δ' ἀκόνιον (lego ἀκόνιτον) δηλητήριον φάρμακον ὡς Ἀθήναιος περὶ τῶν δειπνοσοφιστῶν. ὅτι τὸς περιφερομένους τὸ πήγανον μηδὲν πάσχειν ὑπὸ φαρμάκων. Legendum ἀκονίτῳ. Non fit verisimile, veteribus ἀκόνιτον & κώνειον idem fuisse. Ex Antigoni loco citato satis manifestè apparet, corruptum esse codicem Athenei & Stephani. Cæterum an Agatharchum, ut apud Antigonum, an Clearchum, ut apud Athenæum legendum sit, non multum laboro, siquidem ejus parum interest. Recentiores aliam quandam invenerunt plantam adversus phthoræ venenum, quam antiphthoran, sive antithoram vocant. Iisdem ferè in locis, in quibus thora, reperitur; in Alpibus scilicet, apud Allobroges Helvetiosve, lacus Lemanni accolas. Qui ut & Taurini Ligures authoram, vulgo *authoro* appellant. Apud Batavos hortensis est, & floris gratia colitur. Hanc, providentiæ divinæ quodam munere, adversum phthoræ exitiale ac ferè expugnabile venenum, pro summa panacea habent Genevenses, & Ligures. Apud agyrtas & circumforaneos magno in pretio est, ad omne venenum resistendum, idque extinguendum, putredinem corrigit, lumbricos tineasve expellit, muccosos & serosos humores educit. Hugo Salerius non modò per inferiorem ventrem, sed & largas per superiora, hujus radices moliri expurgationes, auctor est. Modum esse ad quantitatem faseli (quem vulgo fabam) ex jusculo aliquo aut vino. Antonius Guanerus magnæ etiam adversus pestem efficaciæ esse refert, & quod ad experientiam, inquit, vidi, consimilis cum dictamno virtute, authoræ radix existit. Est herba quæ juxta thoram illam, scilicet herbam, nascitur, ex qua venenum conficitur, cum qua in Alpibus Salutiarum & Pizanolii capras sylvestres venantur. Hæc radix authoræ, assimulatur nucleis olivarum, & est bezoar illius Thore, quæ adeò venenosa, ut omnia animalia sua interficat venenositate. Credunt napellum Moysis, & zedoariam Avicennæ esse. Zedoariam enim, lib. 2. cap. 745. ait cum napello crescere, atque hujus vicinia, illius vires & malitiam retundi, impotentioresque reddi, & esse Theriacen, id est alexipharmacum, viperæ, napelli, & venenosorum omnium medicamentorum. Radix hæc apud diligentiores seplasiarios reperitur, & contrierve nomine venditur. Fabulantur capras Indicas, bezoar lapidem non concipere, antequam hanc devorarunt radicem, copioseque apud Indos, ubi hæ capræ sunt, nasci. Venusta & elegans satis planta, effigie napellum refert, sed humilior & minor est, caulis dodrantalis aut paulo altior, rotundus, striatus, alterno foliorum, ab imo summo tenuis, exortu. Folia crebris, tenuibus, profundis incisuris fissa, uti napelli, sed minora, flores habet eadem forma, non tamen cæruleos, sed è luteo pallentes, cucullatos & rictu hiante galericulos, semen & filiquæ napello respondent. Geminæ subsunt radices, olivas aut orchios globulos referentes, foris fuscæ, intus albæ, rugosæ, solidæ, frangi, ubi reficcatæ, satis contumaces, attamen friabiles, suaviter spirantes. Radiculæ hæ in hortum translatæ, soli fœcunditate, lasciviunt, subinde enim longiores sunt, pluresque in una reperiuntur planta; Memini me octo, decem, duodecim imo plures cohærentes vidisse, & observasse.

Ἀλλ' ἡ τῆ ἐφημέρῳ. Ephemerum cur dicatur, ipse docet Theophrastus, quod eodem, quo assumptum est, die interimat. Aliud præter hoc etymon apud Scholiastem Nicandri extat. ἴτεροι ἐφήμερον λέγ τὸ ἕωθεν ἀναδίδοθαι κατὰ τὸν Τανάϊν ποταμὸν, ἢ τὴν Κολχίδα. ἐπῆ γὰ μεσημβρίᾳ τελεῦθαι, πρὸς ἑσπέρᾳ δὲ ἀναίνεθαι, ἢ λέγ τὸ ἡμέρον ὅλην μὴ δύνασθαι ἐξαρκεῖν τὸς πίοντας αὐτὸ τ ἐφήμερον. *Quidam ephemerum*, id est diurnum, unius diei herbam, *quod quo die nascatur, eodem intereat, Mane enim prodit circa fluvium Tanain, vel Colchida regionem, meridie perficitur, vesperi aresçit. seu quod qui biberint ephemerum, eum diem supervivere nequeant.* An ita se res in Colchide habeat, me fugit; Apud Batavos Colchicum plures durat dies, nec inde nomen sumpsisse verisimile. Confudit Scholiastes ephemeri insecti historiam, cum ephemeri herbæ historia, nec cum ea tantum, sed cum naphthæ, ut mox ostendam. De ephemero insecto', quod unum tantum diem vivit, agit Cicero lib. de Tusc. Quæst: ἃ κὴ ἡμερόβιον τὸν περὶ τ Πόντον, κὴ τὴν ζωὴν ἔχει ἡμερησίαν μέσης μ' ἡμέρας ἀκμάζοντα, δείλης δὲ γηρῶντα, κὴ πλεῖστα τὸ ζῆν. *Hemerobia proveniunt circa Pontum, vivit beltiola diem unum. Mane siquidem nascitur, meridie in vigore est, vespertino tempore seneseit, & desinit vivere.* De hoc insecto, nuperrime edidit libellum Augerus Clutius Med. Doctor, in quo totam historiam istius insecti persequitur. Hunc lector, qui eam noviſse desiderat, adeat. Ephemerum herba, aliud est lethale, aliud non lethale, uti ex Galeno lib. VI. simpl. patet. Ita enim ibi Galenus.

Ἐφήμερον, οὐ τὸ δηλητήριον, ὃ κὴ κολχικὸν ὀνομάζουσιν, ἀλλὰ τὸ ἕτερον, ὃ δὴ κὴ ἶρις ἀγρία καλεῖται, φύλλα μὲν & καυλὸν ἔχει ὅμοιον κρίνῳ, ῥίζαν δὲ μακρὰν, οὐ στρογγύλην, ὥσπερ τὸ κολχικὸν, ἴσι δ' δακτύλου μὲν μάλιστα τὸ πάχος, σύφουσι δὲ κὴ ὑγρὸν, ἐξ ὧν δῆλον, ὡς μικτῆς ἴσι δυνάμεως τε κὴ κράσεως, λεπτομερικῆς τε κὴ ἀρωματικῆς· μαρτυρεῖ δ & τὸ κατὰ μέρος ἴχνος. *Ephemerum non illud deleterium, quod Colchicum vocant, sed alterum quod & irim agreſtem cognominant, folia & caulem lilio ſimilem obtinet, radicem oblongam, non rotundam, ceu colchicum digiti potiſſimum craſſitudine, adſtringens & boni ſuaviſque odoris. Ex quibus palam fit facultatis, temperaturæque miſtæ, nempe repellentis, eſſe & halitu evaporantis. Teſtificantur id opera quæ particulatim edit.* Idem ferè Ægineta lib. VII. ἐφήμερον δ' δηλητήριον ἀλλ' ὅπερ ἶρις ἀγρία καλεῖται. De venenato agit Theophrastus, cujus codex corruptus est ἢ τῇ αἰείῳ. Restituo cum doctissimo viro λειρίῳ, quod tale ferat folium ephemerum, non autem ex Plin. lib. XXV. cap. XIII. Nam eo loco non de lethali, sed altero agit ephemero Plinius, uti ex ipsis verbis quæ mox addam constat. Luculenter ephemerum hoc à Dioscoride describitur Colchici nomine. Colchicum à Colchide, veneni ferace, in qua nascitur. Ægineta lib. V. cap. 48. τῖς δὲ ἐφήμερον λαβοῦσιν, ὃ ἔνιοι καλοῦσι κολχικὸν, ἀφ' τὸ ἐν Κολχίδι φύεθαι, ἢ βόλβον ἄγριον. *Ephemerum, quod nonnulli Colchicum vocant, quod in Colchide naſcatur, aut bulbum ſylveſtrem.* Quod folium ac radix bulbo sit simile. Nicandri Scholiastes ad poëtæ versus naphthan vocari scribit, turpiterque cum naphtha confundit.

ἢν δέ τὸ Μηδείης Κολχίδος ἰχθύσιν πυρ
κᾶιο ποτὸν δίξηται ἐφημέρου, ὃ ῥ' ἀφθὴ χείλη
δινομένη δυσέλυκτος ἰάπτεται ἐνδοθι κηθμοῦ.

Si quiſquam infeſtos Medeæ Colchidis ignes
Incautus guſtarit ephemeron, ille repente
Vritur internis ſæva prurigine labris.

ὅϊά τ' ὀπῷ νιφόεντι Κράδης, ἢ τρηχέι κνίδῃ
Χρῶτα μιαινόμενος, ἢ κὴ ἀπειρέσιον κόρον
σκίλλης, ἤτ' ἐκπυγλα νέην φουλίζαν σπέρκει.

Vt cui vel ſici ſucco candente, vel acri
Vrtica aut ſcyllæ perſrictum vertice corpus
Horrendum in tenera quæ tollit carne ruborem.

ἢν δέ τὸ μηδείας, inquit Scholiastes ἤ τις τὸ ἐφήμερον σκευαστικὸν ἴσι φάρμακον, ὃ & οἱ βάρβαροι κάφθαν καλοῦσι, ὃ οἱ χρίσμενοι ἢ ἱμάτιον ἀλληλεμμένοι ὑπ' αὐτῆ φορῆτις, ἢ ἄλοσι, ἐὰν ἴσανη ἡλίῳ τισὶν, ὡς ὑπὸ πυρὸς κατεσθίοντες διαπυρούμενοι. Ἔσι γὰ καυστικὸν, δικεῖ δὲ ἡ Μήδεια τὴν κατασκευὴν αὐτῆ εὑρηκέναι, διὸ κὴ Κολχικὸν λέγεται, οἱ δὲ ἶριν αὐτὸ καλοῦσιν, ἄλλοι φαρικόν. ἴτεροι ἐφήμερον ἀφ' τὸ ἕωθεν. *Ephemerum eſt venenum quod arte conficitur, Barbari naphtham vocant: quo qui vel inuncti fuerint, vel pallium eo delibutum geſſerint, vel aliud quoddam, ſi adverſus ſolem ſteterint, ceu igni inflammati abſumuntur. Eſt autem æſtuantis naturæ, videtur autem Medea hujus confectionem reperiſſe, unde & Colchicum dicitur, Sunt qui irim dicant: aliqui pharicum, quidam ephemerum*; Plura hic in consideratione veniunt. Ephemerum, de quo Nicander hic agit, non esse compositum aliquod ex eo probatur, quod Nicander toto illo opere tractet de simplicibus venenis, qualia sunt cicuta, hyoscyamus, papaver. Deinde quod Colchico adscribant Græci omnes, quæ Nicander ephemero. Dioscorides lib. VI. in præfatione Ἐφήμερον οἱ δὲ Κολχικὸν ἀφ' τὸ ἐν Κολχίδι γίνεθαι. Eodem libro cap. V. τῖς ὁ ἐφήμερον λαβοῦσιν, ὃ

ἴνιοι

ἔνιοι καλεῖσι Κολχικὸν, ἢ βόλβὸν ἄγριον, ὥστε τυλωθῆ κνησμὸς καθ' ὅλον τὸ σῶμα (Scribonius Largus τὸ κῶμα legit. *Ephemerum potum protinus quidem totum os prurire facit, velut scylla tactum, postea etiam urit, quasi pipere mandicato secundum hæc quoque stomachum mordendo exulcerat.* Vulgatam lectionem defendunt; Ætius, & Ægineta) ὡς ὑπὸ σκίλλης τὸ κνίδης ἐρεθιζομένοις. *Eos qui ephemerum sumpserunt, quod aliqui vacant colchicum, vel bulbum sylvestrem, pruritus sequitur in toto corpore, non secus atque iis, quos scylla momorderit, videmus.* Naphthan Dioſc. lib. I. cap. 101. colamen babylonici bituminis eſſe inquit, quod ignem ad ſe rapit. Καλεῖται δέ τις καὶ ῥάφθα, ὅπερ ἐπὶ τῆς βαβυλωνίας ἀσφάλτου φερόμενον τῷ χρώματι, λευκὸν, ἐυρίσκεται ἢ ἐν μέλαν. δύναμιν ἔχον ἁρπακτικὴν τοῦ πυρὸς, ὥσπερ ἐκ διαστήματος ἁρπάζειν τοῦτο. *Naphtha quoque vocatur bituminis babylonici colamen, colore candidum. Invenitur etiam nigrum: vim obtinet ignis rapacem, adeò ut etiam è longinquo illum concipiat.* De naphthæ vi rapaci habes nobilem apud Doctiſſ. Mathiolum Hiſtoriam. Naphtha oleum Medeæ à recentioribus Græcis eſt dicta. Procopius lib. IV. Gothicorum, ἀγγεῖα θέντες ἐς ἀσφάλτου ἐμπλησάμενοι καὶ φαρμάκου ὅπερ Μῆδοι μὲν ῥάφθαν καλοῦσιν, Ἕλληνες Μηδείας ἔλαιον. *Vaſa ſulphure implevimus & pharmaco quod à Medis quidem naphtha, à Græcis Medeæ oleum vocatur.* Atqui naphtha, teſte Dioſcoride ſimplex quoddam eſt, Medeæ oleum, ſi rectè ſcribit Ammianus Marcellinus lib. XXIII. *Compoſitum quoddam, in hac,* inquit, *regione* (Perſide) *oleum conficitur medicum, quo illitum telum, ſi immiſſum lentius laxiore arcu; nam ictu extinguitur rapido, hæſerit uſpiam, tenaciter cremat, & ſi aqua volucris ob ruere* (vulgo *abluere*) *quiſquam, æſtus excitat acriores incendiorum.* Paulo infra. *Oleum uſus communis, herba quadam infectum condiunt, harum rerum periti, ad diuturnitatem ſervantes, & coaleſcens ex materia venæ naturalis, ſimilis oleo craſſiori, Quæ ſpecies gignitur apud Perſas, quam naphtham appellant vocabulo gentili.* Medeum itaque oleum non ſimplex aliquod, ſed compoſitum ex oleo communi, herba quadam infecto, cui addebatur naphtha. Hoc oleum cum ephemero confundit Scholiaſtes; Nam aliud eſt Μηδίας ἔλαιον, aliud πῦρ Μηδίας. Error hic inde natus, quod putavit ἔλαιον Μηδείας Κολχικὸν vocari, quia Medea colchica eſt; quod ridiculum eſt. Ἐφήμερον ἰχθὺν ἐσθίοντα πῦρ appellat Nicander poëticè, quod urendi vi prædita ſit, ac quidem tanta, ut eodem quo ſumptum eſt die, ſtrangulet, ſuffocetque hominem. Calida admodum & urendi vim habere, ſymptomata quæ ſequi ſolent, oſtendunt, Vide Nicandrum, Dioſcoridem, Galenum, Æginetam, Ætium. Μηδίας Κολχίδος πῦρ appellat, quod in Colchide, ut Græci ſcribunt, plurimum proveniat, eoque Medea quæ colchica, fuit, ac omnium deleteriorum pharmacorum notitiam habuit, uſa ſit in venenis ſuis præparandis. Porro Naptham non eſſe ephemerum, de quo Nicander agit, ex eo ſcire poterat, quod nemo unquam tradiderit Naphtam venenum eſſe. Præterea quod de herba agat, non de oleo aut ſimili aliquo. Fabuloſum videtur quod ſcribit accendi Naphtam à ſole; quippe omnes ignem rapere, & ab eo accendi referunt. Atque hic primus Scholiaſtes Nicandri error. Alter quod deleterium ephimerum irin agriam vocari ſcribat. Alterum enim non læthale, illud nomen obtinent, uti ex Ægineta, Galeno Dioſcoride jam probavimus. Nec pharicon & ephemerum idem ſunt, ſed diverſum. Quippe Nicander diverſis in locis de utroque agat. Mitro Scholiaſten, luculenter, ut dixi, Colchicum deſcribit Dioſcorides lib. IV. cap. LXXXIV. Κολχικὸν, οἱ δὲ ἐφήμερον, οἱ δὲ βολβὸν ἄγριον, λήγοντός τοῦ φθινοπώρου ἀνίησι ἄνθος, ὑπολευκον, ὅμοιον κρόκῳ ἀνθεῖ. ὕστερον ἢ τὰ φύλλα φέρει βολβῷ παραπλήσια, λιπαρώτερα. καυλὸν ἀπιόμενον, κεφαλὴν ἔχοντα πυῤῥὸν (Al. ἐπίπυρρον. vet ὁ μέλανι πυῤῥὸν) ῥίζαν φλοιὸν ἔχουσαν ἐγκιῤῥον (Al. ἐπικιῤῥον) οὗ τῷ μέλανι, ἧπερ λεπιζομένη λευκὴ ἐς ἁπαλὴ, ἐς ὅπερ μετὴ ἐυρίσκεται καὶ γλυκεῖα. ἔχει δὲ ὁ βόλβος, διαφυσι μέσην, καθ' ἣν τὸ ἄνθος ἀφίησι. γονάτων ἢ πλείστων οὐ τῇ Μιστηνίᾳ καὶ Κόλχοις. βρωθέντα ἢ πτείνει κατὰ πνιγμὸν ὁμοίως μύκησιν. Ἀνιχνεύσαμεν δὲ αὐτὴν, ἵνα μὴ λάθῃ βρωθέντα ἀντὶ βολβοῦ. ταραδόξως γὰρ ἔστι ἐπακτικὴ διὰ τὴν ἡδονὴν τοῖς ἀπείροις. *Colchicum, quod aliqui ephemeron, alii agreſtem bulbum vocant, ſub finem autumni florem edit croci, candicantem; deinceps verò folia bulbi, ſed pinguiora, caulem dodrantalem cum rufo ſemine, radicem cortice præditum è nigro fulveſcente, quæ quidem delibrata, candida, tenera, ſuccì plena, atque etiam guſtanti dulcis reperitur. Habet verò bulbus ejus mediam rimam, fiſſuramve, è qua flos erumpit; plurimum in Meſſenia & apud Colchos enaſcitur. Commeſa radix, fungorum more ſtrangulando, enecat. Hanc ideo ſtudioſius deſcripſimus, ut ne ſorte per imprudentiam, pro eſculento bulbo in cibos recipiatur. Mirum enim quantum ſaporis jucunditate imperitos alliciat.* In optimo & antiquiſſimo Dioſcoridis codice legi ſcribit excellentiſſ. Salmaſius, κεφαλὴν ἔχοντα πυῤῥὸν ὃ τῷ μέλανι, ῥίζαν φλοιὸν ἔχουσαν ἐγκιῤῥον. Vulgatam defendit Oribaſius, quam idcirco probabiliorem puto. Examinandum reſtat, an planta, quam recentiores colchici nomine deſcribunt, veterum ſit ephemerum. Folia vulgato colchico terna, aut quaterna, longitudine dodrantali, latitudine unciæ aut ſeſqui unciæ, acuminata, craſſa, oblonga, lævia, pinguia, lilii albi foliis & forma ac lævore ſatis ſimilia, ſed longiora, ſub terra coeuntia, & teretem, tenerum, candicantemque pediculum conſtituentia. Inter quæ medii in brevibus juxta terram pediculis, exeunt duo, aut tres, aut quatuor inſtar ſiliquarum folliculi, triangulares, craſſi, oblongi, longitudine ſeſquiunciali, latitudine unciam æquantes, per maturitatem in tres ſeſe explicantes partes, ſemine pleni, quod dum immaturi ſunt utriculi, candidum eſt, deinde æſtate iiſdem maturis è ruſſo nigricans evadit; quo ſparſo folia flaccеſcunt, ac unà cum cauliculis intercidunt. Inveniuntur nonnunquam duo aut tres utriculi ſimul conjuncti, & ab unâ radice prodeuntes, cum eadem radix totidem flores produxerit, ſed unus tantum ex his magnitudine præſtat, alii veluti abortivi ſunt. Paulo ante autumni æquinoctium, in brevioribus, quinque uncialibus, raro dodrantalibus, tenerioribus, albicantibuſque pediculis, flores erumpunt (nullis jam apparentibus foliis) croci floſculis, & forma & colore aſſimiles, dilutius tamen cærulei, foliolis ut plurimum ſex conſtantes, longitudine ſeſqui unciam equantibus, unciali latitudine, paulò tamen anguſtiore, acuminatis, glabris, nitidis, pinguibus, attritu glutinoſis. In medio floris, ſtamina pallidè lutea continentur, numero ipſa floris folia non excedentia. Radix bulbo ſimilis, ſeſquiuncialis, turbinata, ab una parte, in planum compreſſior, caſtaneæ figurâ, aut anacardi, rimam ſive ſulcum cum floret, habens, reliquo tempore non apparentem, per quem coliculus tranſit, & hunc quidem non ex ſuperiore & acuminata radicis majoris parte autumno promit, ſed ab inferiore flaccеſſentis ungui, & latiore, contra reliquorum bulborum morem. Ea vero radix, cujus mucrone flos & folia emittuntur, ſulco caret uſque in autumnum, donec ſubnaſcens parvula alia, emiſſo flore, priorem ſulcet. Hinc eſt quod radices quibus vere & æſtatis principio folia inſident, caniculato iſto ſulco careant. Folia tamen cum inaruerint, veſtigium quoddam turbini impreſſum relinquunt, tunicis conveſtitur ex ruſſo nigris, ex quorum numero plantæ ætatem cognoſcere licet; fibras aliquot inferius demittit, bulbus ipſe carnoſus, candidus, lacteo ſucco manans, dum quidem viret, ac recenter è terra erutus; reſiccatus enim rugoſus, & foris interiuſque nigricat, aut etiam obſcure rubeſcit, teſte Valerio Cordo. Sapore autem eſt dulci, amaritudinis tamen exiguum, ſalivam eliciens, ſubſequitur. Notandum, radicem quæ priori anno germinavit, ſequenti anno flaccеſcere, aliamque parvam admodum autumno ſuccedere, inferius adnaſcentem, à cujus ſuperiore parte flos autumno prodit. A majore enim hic non exit, unà cum flore minor hæc adoleſcit; vere autem & æſtate ſequente, ſimul cum ſemine ad juſtam pervenit magnitudinem, quo tempore prior omnino perit. Genera colchici plura ſunt, de quibus lector Bauhini conſulat phytopinacem; in flore enim maximam obſervare licet differentiam. Illud tantum addo, orientalis ſive ſyriaco colchici radicem, non parum à vulgato differre, nec male delineationem Dioſcoridis referre. Non enim canaliculus lateratim depreſſus mittit ad caulem, ſed caulis erumpens medium findit bulbum, quaſi que geminum colchici bulbum ab imo coagmentatum, caulemque utrimque amplexatum oſtendit, nigriorque noſtrate evadit, intus, foriſque, alioqui è cæpacea,

nec dissimili fungosa concretione uti nec totius figura. Indagandum, utrum hæc planta colchicum veterum sit, quod dubitatur. Idque ob has rationes. Primo, quod Dioscorides colchicum florem emittere ait sub finem Autumni; Floret autem vulgare, ac jam descriptum initio, autumni mense Septembri. Nodus hic facile ex iis quæ supra lib. 2. de anni hippocratici divisione dixi, solvitur. Nempe autumnum incipere ab Arcturo, usque ad Pleiadum occasum. Atqui Dioscoridis temporibus Arcturus oriebatur ipsis nonis Septembris, id est quinto Septembris die. Columella lib. XI. cap. 2. *Quarto nonas Septemb. Piscis australis desinit occidere calor. Non: Septemb. Arcturus exoritur, Favonius, vel Corus. Occidunt manè vergiliæ sive Pleiades; Oriuntur vesperi* 10 *Octobr. die.* Idem Columella, *sexto idus Octobris vergiliæ exoriuntur vespere. Favonius & interdum Africus cum pluvia.* Colchicum itaque cum circa solstitium autumnale, & paulo post floreat, eo tempore quo dixit Dioscorides λήγοντος φθινοπώρου florem profert. Secunda ratio, quod Dioscorides radicem colchici inquit esse dulcem, sed vulgaris radix amara satis est. Responderi solet, vere esse amarissimam, dulcem verò, autumno cum floret. Hujus causam volunt, quod hyeme multo crudoque succo affusa est, qui per æstatem coquitur, autumnoque planè concoctus est, ideoque dulcem radicem autumno esse, amaram vere. Sic glandes aliique fructus immaturi, amari sunt, qui maturi & concocti, dulces fiunt. Atqui amaram se autumno percepisse, auctor est Camerarius. Respondent, id ob soli cœlique varietatem evenire, ex quibus alimentum, & vis concoquendi fit varia. Idque non tantum tum in diversis regionibus, in ejusdem speciei stirpibus; sed etiam in eadem regione & eadem planta, prout sol illam illustrat, fructus suaviores esse. Sed Dioscorides scribit, mira quadam saporis jucunditate imperitos allicere: Oportet igitur suavis admodum fuerit radix hæc. Id intelligendum de præparatis & concoctis. Sic Lupinorum amaror maceratione, & coctione perit. Non enim fit verisimile, veteres, crudas, & è terra primum erutas devorasse hujus radices. Sed vel elixas vel ustas, aut alio modo præparatas. Tertia ratio, quod colchicum hoc non sit venenum, quod experimentum probat. Indocti enim & imperiti radicem hujus eruere, & in compositionibus pro hermodactylo usurpare solent; nemo tamen ex eo infortunium aliquod evenisse audivit. Respondent, id non alia de causa fieri, quam quod in sola Colchide, ac Græcia, aliisque adjacentibus regionibus venenatam habeat qualitatem, quam in Italia, Germania, Anglia, Batavia deposuit; vel quod succo, his in regionibus, constet minus excocto; tum quod à sole, aëreque venenatam prærogativam hanc vim, quam in Colchide acquirit, non nanciscatur. Sic Perseam in Perside venenatam esse supra diximus, in Ægyptum aliasque translata regiones, minus calidas, innoxiam. Constat etiam fungos, non paucis in locis, deleterios esse & nisi lacte, evincantur, hominem jugulare, alibi passim esitari sine ullo damno ac læsione. Exitiosam in narbonnensi Gallia & Hispania taxi umbram esse, prodiderunt veteres, testantur juniores: in Belgia, tamen uti & Anglia innocuam esse. De cicuta nihil dicam. Vel id accidere potest, quod exsiccatæ non sint venenum, recenter erutæ pernicioſæ. Alibi dixi, hiucæ succum læthalem esse, farinam ejus salubrem; porri succum pernicioſum, ipsum innoxie edi. Addi potest quod ea, quæ sumitur quantitas exigua sit, neque ad perdendum sufficiens. vel dicendum, certo quodam modo veteres præparasse, & tum demum vim hanc execuisse; quod non videtur præter Theophrasti mentem. Vide verba, & attende diligenter. Theodori versionem rejeci, quod ex illa nullum sensum bonum elicere possem. Illud etiam quæri posset, quomodo quod sapore est dulci, gratoque, tantum caloris in corpore excitare possit. Responderi debet, hanc vim in infimis, abditisque latere partibus, quæ sese quando calor naturalis in eam agit; prodit, quod & in aliis observari, supra annotavi. Gratus sapor facit quo citius deglutiatur radix hæc, eaque est causa, cur calor in ore statim non percipiatur. Quæri solet, cur natura venena non fecerit odoribus & saporibus ingrata. Ad quod respondet beatus Basilius quinta Homilia ad Genesim; quod natura dedit homini rationem & discursum, cujus ductu possit optimè discernere utilia ab inutilibus, lethalia à salutiferis, & consequenter sese à venenis tueri. Aliter etiam hæc quæstio soluitur; naturam non produxisse venenum ad perniciem, interitumve: sed remedia sint huic aut illo morbo. Sic cicutam urinas movere, & calorem febrilem extinguere, veteres tradunt. Nerium contra venena præscribi à Dioscoride, in controversiam vocari non potest. Non esse colchici radicem hermodactylum, probatur, quod hermodactylus resiccatus albus permaneat, neutiquam rugosus, modicè durus, undique facilis sit, pulveremque habeat candidum, quæ omnia colchici radix siccata non habet. Utrum vulgaris hermodactylus ephemerum veterum non lethale sit, affirmare non ausim; siquidem qualia folia, caulemque ferat, ignoro. De hermodactyli historia, si quid certius, quam hactenus intellixerim, agam. Illud tantum addam, hermodactylon Actuarii & Nicolai, esse behen Arabum. Nam Actuarius ἑρμοδάκτυλον γυκὸν καὶ ἄλιον, *album, & purpureum* dicit, quod de behen Arabes, qui rubrum albumque dicunt. Ἄλιον qualis color sit, alibi exposui. Ephemerum, non lethale his verbis describit Dioscorides lib. IV. cap. LXXXV. Ἐφήμερον οἱ δ' ἴριν ἀγρίαν, φύλλα δὲ καυλὸν ὅμοια ἔχει κρίνῳ, λεπτότερα δέ. ἄνθη λευκά, πικρὸν δὲ μελανόν. ῥίζα δ' ὕπεστι δακτύλῳ παχεῖα, μακρά, σπαστὴ ἰναώδης. φύεται ἐν δρίμοις καὶ παλιουρίοις. *Ephemerum, quod aliqui agrestem irim appellant, caulem foliaque habet lilii, sed hæc tenuiora; flores candidos, amaros, semen molle, radicem unam digitali crassitudine, longam, adstringentem, odoratam. Nascitur in sylvis & opacis.* Eadem Plinius lib. XXV. cap. XIII. *Ephemerum folia habet lilii; sed minora; caulem parem, florem cæruleum, (album* Dioscorides,) *semen supervacuum, radicem unam, digitali crassitudine, dentibus præcipuam concisam, in acetoque decoctam, &c.* Quod si hermodactylus ephemerum non lethale sit, (quod non verisimile, siquidem diversis in locis tanquam de diversis agit Ægineta) iris tuberosa, quam hermodactyli veri nomine ostendit Mathiolus, non erit legitimus verus ve hermodactylus. Vulgarem non esse ephemerum, probatur, quod radicem negat habere Galenus longam, neutiquam rotundam, instar colchici. Quod itaque Adversariorum auctores exhibent colchici non venenati nomine, ephemerum alterum esse nequit. Ephemeron hoc non venenatum hactenus videre mihi non licuit.

Ἀκροτισχειάσῃ. Lego cum magno Scaligero ἐνακροτισχνάσῃ, non ut vulgo, ἀκροτισχειάσῃ. Facit namque difficiliorem interitum, nisi adhibita cura, & arte præparatum sit. Qui velit scire, utrum sese res ita habeat, ut scribit Præceptor, Colchida adeat, & inquirat, me fugit. Nec moror, nihilque ad me, quomodo paretur venenum ad occidendum & præstat singulos id ignorare, quam scire.

CAP.

ΚΕΦ. ΙΖ.

CAP. XVII.

Thrasiam Mantinensem quoddam comperisse venenum, quod sine dolore inferre obitum posset. Quodque Alexias, ejus discipulus, fuerit non indoctior. Item quo modo Chij cicutam præparent, ut celeriter enecet.

Θρασύας δὲ ὁ Μαντινεὺς εὑρηκέναι τὶ τοιοῦτον ὥστε ῥᾳδίαν ποιεῖν καὶ ἄπονον τὴν ἀπόλυσιν, τοῖς ὁποῖς χρώμενον κωνείῳ τε καὶ μηκωνίῳ, καὶ ἑτέροις τοιούτοις. ὡς τε ἔυσυγκον εἶναι πάνυ καὶ μικρὸν ὅσον εἰς δραχμῆς ὁλκὴν. ἀδοηθήτον δὲ τὸν οὕτω δεδωκότα διαμένειν ὁποσονοῦν χρόνον, καὶ ὁδὲν ἀλλοιούμενον. ἐλάμβανε δ' τὸ κώνειον, οὐχ ὅθεν ἐτύγχανεν, ἀλλ' ὐκ Σουσῶν, καὶ εἴπις ἄλλον τόπον ψυχρὸς καὶ παλίσκιος. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ἄλλα· συνετίθει δ' καὶ φάρμακα πολλὰ ὐκ ὀλίγων. δεινὸς δ' καὶ Ἀλεξίας ὁ μαθητὴς αὐτοῦ, καὶ οὐχ ἧττον ἔντεχνος ἐκεῖνος. καὶ γὰρ τῆς ἄλλης ἰατρικῆς ἔμπειρος. ταῦτα μὲν οὖν εὑρῆσθαι δοκεῖ πολλῷ μᾶλλον νῦν ἢ πρόσθεν. ὅτι δὲ διαφέρει τὰ χρῆσθαί πως ἑκάστῳ, φανερὸν ὐκ ὀλίγων. ἐπεὶ καὶ * Χίοις φασὶ τῷ κωνείῳ πρόσθεν οὐχ οὕτω. ἀλλὰ τρίβοντας καθάπερ οἱ ἄλλοι χρῆσθαι. νῦν δὲ οὐδὲ ἂν εἷς τρίψειεν. ἀλλὰ προτιθέασιν καὶ ἀφελόντες τὸν κέλυφον (τοῦτο γὰρ τὸ δυσχέρειαν παρέχον δυσκατέργαστον ὄν) μετὰ ταῦτα κόπτουσιν ἐν τῷ ὄλμῳ. καὶ διαπλήσαντες λεπτοῦ, ἐπιπάσσοντες † ἐφ' ὕδωρ πίνουσιν. ὥστε ταχεῖαν καὶ ἐλαφρὰν γίνεσθαι τὴν ἀπαλλαγήν.

THrasyas Mantinensis tale se comperisse ajebat, ut facile & absque ullo dolore inferre obitum posset. Nec alio quam succo cicutæ, & papaveris, & aliorum ejusmodi. Idque admodum * contractum exiguumque, videlicet ad drachmæ pondus, ut nec ullum admitteret remedium. Et tam validum, ut quantumvis temporis perdurare posset, nec quicquam sentiret immutationis. Sed sumendum is cicutam censebat non unde libuerit, sed ex Susis, & si qua alia loca prægelida sunt & opaca. Nec secus de reliquis quæ debeant addi, censebat. Quin & alia multa, & ex multis is componenda excogitavit. Alexias quoque ejus discipulus ingenii plurimum valuit acrimonia; nec infra illum bonis artibus fuit instructus. Nam & reliquas medicinæ partes quas ille non tenuit, egregiè consecutus est. Hæc igitur comperta hac ætate amplius quam superiori & prisca videntur. Sed enim uti hoc, an illo modo, plurimum referre omnibus, manifestum profecto ex multis est. Nam & Chij non in hunc modum ante cicuta utebantur, sed trita, ut scilicet uti cæteri solebant. At nunc terere nemo velit, sed detracto tegmine (id enim difficultatem movet, quoniam concoqui ægre potest) pistam subinde in mortario tundunt, & prætenui cribro transmissam aqua † inspersam bibunt. Atque ita obitus celer faciliſque evenit.

* Exiguum contractumque.

* χίοις. Al.

† Vim solitam.

† ἐπ' ὕδατος.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ὥστε εὐσυγκον εἶναι πάνυ. *Hoc loco* Τὸ εὖ *non auget, ut in* εὐμήκης: *sed temperat, ut bona magnitudo sit ea, quæ facile sumatur impotum. Ita à fine, & usu,* τὸ εὖ. *Iccirco Theodorus,* contractum. *Debuit igitur permutari situs verborum sic,* Exiguum, contractumque ad drachmæ pondus.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIVS.

Κωνεῖος; Κώνειος sive κώνειον, utrumque enim scribitur; nomen accepit ὠπὸ τῶν κωνῶν, ἀφ' τὸν γιόμενον ἰλιγμὸν, καὶ σκότος τοῖς πίνουσι. *à circumvertendo, quod vertiginem & imaginem earum rerum quæ aspiciuntur, quasi circumagantur, ac tenebras inducat, iis qui eam biberunt.* Galenus lib. quod animi mores temperaturum corporis, sequantur, Καὶ μὰ΄ τι & διὰ τ μαλεῖον αὐτὴν ἐρριζῶσθαι κώνειον πεῖν, ᾧ & τύνομα ἔσχεν πεφώνυμον ἀπὸ & πάθους ὃ πάσχον ὀρᾷ ὑπ' αὐτοῦ τὸ σῶμα. *Quin etiam cur cicuta coneion dicta, epota stultitiam pariat, inde etiam ab eo affectu deducto nomine, quod ab ea corpus affici video.* Symptomata hæc ab epota cicuta evenire, Nicander, auctor gravissimus, testatur.

καί τε σὺ κωνείης βλαβόεν τεκμαίρεο πῆμα.
κεῖνο ποτὸν δὴ γάρ τε κυφὴν φοινὸν ἀάπτει,
νύκτα φέρον σκυτόεσσαν. ἑλίσσεται δ' καὶ ὄσσε.
ἴσχνει δ' ζφαλερῆσι καὶ ἐμπαίζοντες ἀγυιαῖς,
χερσὶν ἐφερπύζουσι. κακὸς δ' ὑπὸ νείατα πυγμὴ
ἕδμια καὶ φάρυγος στεινὴ ἐμφράσσεται οἶμος,
ἄκρα δέ τι ψύχει.

Tuquoque signa malæ jam contemplere cicutæ.
Hæc primum tentat caput, & caligine densa
Involvit mentes, oculi vertuntur in orbem;
Genua labant, quod si cupit ocyus ire, caducum
Sustentant palmæ corpus: fauceſque premuntur
Obsessæ, & colli tenuis præcluditur isthmus.
Externi frigent artus.

Ad hunc locum Scholiastes, καί τε σὺ κωνείης, τοῦτο οἱ μὲν κροκεαῖον, οἱ δὲ κρεῖον, οἱ δὲ ἀνησυειδὲς καλοῦσι. Cur corianon dicatur me latet. Verisimile autem, si non confundit, Scholiastes, à foliorum quadam similitudine. Anneseödes dictam esse cicutam, Hesychius testatur. Ἀνησυειδὲς inquit, (quomodo etiam Nicandri scripsit Scholiastes) κώνειον. Corrigit vir magnus, ἀνησυειδὲς, Semen, inquit enim cicuta fert aniso simile; Frustra. Attici enim eodem teste Scholiaste ἄνισον, & geminato ἄννησον dixerunt. A mortifera vi quod eodem die occidere crederetur, ephemerum dicta teste Hesychio fuit. Ἐφήμερον τὸ κώνειον, & μύρον τι καὶ ζῶον οὕτω καλούμενον ὑπὲρ ξὲ μίαν ἡμέραν. *Ephemerum cicuta, & unguentum quoddam, ac animal sic vocatum, quod uno tantum die vivat.* Idem Hesychius Græcos & κώνειον, & κώνειαν dixisse docet, vocemque coneion, non tantum cicutam, sed ferulam denotare exponit, κωνείαν, ῥάβδον καὶ πόας εἶδος. κώνειον δηλητήριον. ζωύφιον βοτάνη ῥάβδος. Hinc apud Virgilium, in Buc. Et Lucretius. lib. v.

Hac te nos fragili donabimus ante cicuta,
Agrestes docuere cavas inflare cicutas.

Cicutam poëtæ pro calamis vel cannis, quibus fistulant pastores, Græcos imitati, posuerunt. Cicutam itaque Latini vocarunt quamlibet cannam, intus cavam & inanem. Græci κώνειον dixerunt, quemlibet ferulaceum caulem. Supra versus Horatii, Persiique exposuimus. Quæ dicta sunt repetam. Cicutæ has notas tradit præceptor, caulem ferre carnosum lib. I. hist. cap. VIII. eumque ferulaceum cap. ij. lib. VI. Luculenter describitur à Dioscoride. lib. IV. cap. LXXIX. Κώνειον καυλὸν αὐτὸν γενατώδη ὡς ὑφέρυθρον, μέγαν (Al. μίλακα) φύλλα ῥάβδῳ ἐμφερῆ, γενάτερα & κ βαρύοσμα.

(vet. βαρυόσμότερα.) ἐπ' ἄκρων δὲ λόπφύσεις καὶ σκιάδια ἄνθος ὑπόλευκον. (vet. σκιαδίων δ' ἄμφω ὑπολεύκων) σπέρμα ἀμφερὲς ἀνίσῳ, λευκότερον. ῥίζα κόιλη, καὶ ἐ βαθεῖα. (vetus ῥίζα δὲ βαθεῖα καὶ λευκή.) Ἔστι καὶ αὐτὸ τῶν φθαρτικῶν, καπὲ ψύξιν ἀναιρεῖν. βοηθεῖται ἢ ἀκρότῳ. *Cicuta caulem edit geniculatum, uti & fœniculum grandem, folia ferulæ, sed angustiora, & gravi odoratu: In cacuminibus autem ramorum propagines & umbellas, florem quoque albicantem, & semen ceu anisi, at candidius; radicem denique concavam, minimeque profundam; Est & cicutarum lethalium venenorum genere. Quippe quæ vi sua refrigeratoria enecet: merum vero remedio est. Folia,* inquit, *ferulæ esse similia.* Corrigunt κελάνας; quod experientia doceat, talia esse cicutæ, tum quod Plinius corianno comparet. Apud quem lib. xxv. cap. ult.

Cicuta.

hæc de cicuta, ejusque vi leguntur. *Cicuta quoque venenum est, publica Athenienſium pœna invisa; ad multa tamen usus non omittendi. Semen habet noxium, Caulis autem & viridis estur à plerisque & in patinis. Levis hic & geniculatus ut calami, nigricans* (alteram probat lectionem Plinius) *altior sæpe binis cubitis, in cacumine ramosus: folia coriandri teneriora, gravi odoratu. Semen aniso crassius, radix concava, nullius usus. Semini & foliis refrigeratoria vis; quæ si enecat, incipiunt algere ab extremitatibus corporis. Remedio est, priusquam perveniatur ad vitalia, vini natura excalfactoria, sed in vino pota irremediabilis existimatur, &c.* Cicutam venenum esse, vel morte Socratis constat, quem cicutâ sublatum fuisse testis est graviss. Plato. *Apud Athenienses pœnam invisam,* inquit. Apud Valerium Maximum. lib. xxi. cap. sexto idem fere de Massilienſibus legitur. *Venenum,* inquit, *cicuta temperatum, in ea civitate publice custoditur, quod datur ei, qui causas sexentis* (id enim Senatus ejus nomen est) *exhibuit, propter quas mors sit ipsi expetenda: cognitione virili benevolentia temperata, quæ nec egredi temere vita patitur, & sapienter excedere cupienti, celerem fati viam præbet, ut vel adversa, vel prospera minus usi fortuna* (utraque enim finiendi spiritus, illa ne perseveret, hæc ne distituat rationem præbet, comprobato exitu terminetur. Hæc historia probat quæ à Theophrasto traduntur. Venenum tamen cicuta omnibus non est animantibus. Nam, ut Galenus lib. iii. simpl. cap. xviii. tradit, innoxiè à sturnis devoratur. Ὡς ἔν. ἡ θριδακίνη φθείσασα μὲν ὀπὸ ψύξεως τὴν καρδίαν ἀναιρεῖ, πεφθεῖσα δὲ τροφὴ γίνεται ἔ ζώῳ, κατὰ τ' αὐτὸν ὄιμαι τρόπον καὶ τὸ κώνειον, ἄνθρωπον μὲν ἀναιρεῖ τῇ φθάσει, ψάρας ἢ τρέφει τῇ βραδύτητι. ἀναιρήσει δὲ ἐ δὲ ἄνθρωπον, ἂν ὀλίγον ληφθείη. Καὶ τοῦτο ἔ ἡ Ἀττικὴ γραῦς ἔδειξεν, ἧς ἅπαντες μνημονεύουσιν, ἐπ' ἐλαχίστῳ μὲν ἀρξαμένη κωνείῳ, ἀσφαλῶσα ἢ ἀλυπῶς ἐπὶ πολὺ θ' ἱκανόν. ἐξ ἀρχῆς μὲν γὰρ ἰσικὴν τὸ βραχὺ δ' αὐτὴν ὀλιγότητα. τῇ ἢ ἰθισμῷ σύμφυτον ἰσχύειν. *Sicut lactuca, si cor refrigeraverit, interimit, sin concoquatur, alimentum animali efficitur: ad eundem arbitror modum cicuta hominem quidem sua celeritate interficit, sturnos verò tarditate ipsa nutrit, si verò exiguum quiddam sumatur, mortem homini nequaquam inferet. Id quod anus Athenienſis experimento docuit, cujus apud omnes percelebris memoria est. Etenim ab exigua cicutæ portione auspicata, nullo detrimento, ad permagnam progressa est copiam. Principio enim paucum exiguitate ipsa devictum est, aut consuetudo naturale reddidit.* Plura his in verbis consideratione digna, quæ præteriemus. Nobiliſſima est quæstio, an assuescere quis venenis possit. Sed de hac alibi. Adversari locus hic Galeni maximopere videtur Theophrasto. Quippe qui tradit, exigua quantitate cicutam necare hominem. Sed bifariam responderi potest, vel magristum intelligere cicutam arte quadam præparatam. vel non omnem cicutam id præstare, sed eam quæ circa Susas reperitur. Nisi quis malit quæ circa Susas reperitur id non solam præstare sed compositam. Solum cælumque multum posse inficias iri non potest, & jam alibi illud probavimus. Apud nos cicuta non est lethalis, vertigines tamen & deliria excitat. Sturnos inquit Galenus innoxiè cicuta vesci. Rationem hanc adfert, ὅπως ἂν ἔ τὸ κώνειον ἄνθρωπον μὲν ἀναιρεῖ, τοῦτο τῶν πόρων εὐρύτητι, ἔ τῇ πλήθει τῆς θερμότητ, ἔ τῇ ῥώμῃ τῆς τῶν ἀρτηριῶν ὀλκῆς, ἰσχυρῶ ὂν πρὸς τὴν καρδίαν ἀφικνούμενον. ἐκ ἀναιρεῖ ἢ τοὺς ψάρας ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις αἰτίοις ἐπιχόμενόν τι τῷ βραδύτητι, τῷ φθάνειν ἐν τῷ χρόνῳ πεπίπτειν, ἔ πεπαρασκευάζεσθαι, καθάπερ ἰσίας τινὶ τῇ καρδίᾳ πεθερμαινόμενον ὡς ἔχω τὸ ξύλον. *Sic hominem quidem cicuta necat, tum ob meatuum amplitudinem, coloriſque multitudinem, tum ob attractionis arteriarum robur validum, etiamnum ad cor pertingens. Sturnos verò ob causas contrarias haud enecat; ut puta cum & retineatur, & cunctetur, sese temporis tractu concoqui præparique à corde, tanquam à foco incalescens sinat, non secus ac ligna extrinsecus.* Causa itaque quod corpus habent densum & frigidum, venas & meatus angustos, quæ vim veneficam ad cor penetrare non sinit, sed tam diu in stomacho retinet, quo ad colore nativo devictis in alimentum mutetur. Quod Galenus de sturnis id de capris Lucretius lib. v.

Quippe videre licet, pingueſcere sæpe cicuta
Barbigeras pecudes, homini quæ est acre venenum.

Quod an verum sit me latet. Sed ponamus verum esse; Nam non sine causa, id scripsit poëta. Ea videtur, quod caprarum, (quas valde siccas esse & perpetuo febricitare tradunt Varro lib. ij. cap. iii. & Plinius lib. xxviii. cap. x.) fervorem caloremque temperet; quo temperato postmodum nutrimentum melius conficitur, & in pinguedinem concrescit. Venenum esse concedit Plinius, sed usus esse non contemnendi. Hoc comprobat experientia. Ipse Hippocrates lib. de natura muliebr. ad uteri morbum præscribit, ac inter ea quæ uterum purgant numerat. κώνειον ὅσον τρισὶ δακτύλοισι ἐν ὕδατι δίδε πιεῖν, *cicutæ quantum tribus capitur digitis, ex aqua bibendum dato.* Vereor tamen corruptum esse codicem, ac divinum scripsisse senem, κύμινον. sed valide urinas cicutam movere constat. Quæ res facit, quod nihil mutare audeam. Semini foliisque refrigeratoriam adscribit vim Dioſc. loco citato. Ἔστι δὲ καὶ αὐτὸ τῶν φθαρτικῶν κατὰ ψύξιν ἀναιρεῖν. βοηθεῖται δὲ ἀκρότῳ. *Est & cicuta in lethalium venenorum genere. Quippe qui vi sua refrigeratoria enecet, merum vero remedio est.* Cicutam potenter refrigerare, suaque vi refrigerandi necare, apud omnes pene medicos, tam recentiores quam veteres, in confesso est. Frigidam esse cicutam sive frigus in ea excellere, assentior; sed vi refrigeratoria homine interimere, non credo. Insaniam enim facit, & urinas movet quod non est frigidorum, sed calidorum. Præterea, in cicuta acrem percipi saporem, fatetur Averroes, & Apponensis. Nec impedit quod Dioscorides vinum remedium esse dicat. Nam Alexipharmacum hoc medium est inter hominis naturam, & venenum.

Pli-

Plinius vinum antidotum quidem ejus fatetur, sed in vino potam irremediabilem scribit. Quod mirum forte videbitur, attamen verum esse, probatur ex Plutarcho lib. III. symp. quæst. quinta. Ἐαν ᾖ ὅπ τὸ κώνειον ἐπιπινόμεν☉ ἰασᾶσθαι δοκεῖ πολὺς ἄκρατ☉, οἴονται τὴν θερμότητ☉ ἰσχυρᾶ τικμήριον ἡμεῖς δὲ φήσομεν ἀναμφίλογως, ὅπ συγκρυθὲν αὐτὸ τῆτο, φάρμακ☉ ἀνίατον ἐστι, καὶ καθάπαξ ἀπκτίνει τὰς πίνοντας. ὡς τι μηδὲν μᾶλλον ἰσχυρᾶ δοκεῖν τὸ ἀντιπράτ☉ θερμὸν, ἢ τὸ συνεργὸν ψυχρόν. εἰ δὲ μὴ ψυχρόπτ τὸ κώνειον, ἀλλ' ἄλλῃ πῃ φύσει καὶ δυνάμει μᾶλλον δεινόν ἐστι ἀναιρεῖν τὰς πίνοντας. *Si vero putant eo signo vini calorem monstrari, quod post haustam cicutam veneni vim retundit, nos id invertentes, dicemus vinum cum cicuta temperatum, immedicabile esse venenum, bibentemque omnino interficere; ut non magis resistendo calidum, quam adjuvando frigidum sit vinum; Nam cicuta nulla alia, quam frigus inducendi facultate, vim habet necandi.* Videt lector qua de causa ἀντὶ ἐφ' ὕδωρ, ἐπ' οἶνον reposuerim. Hujus rei ratio videtur, quod cicuta pauco vino hausta, citius ad ipsum penetret cor, nec ab illo venenata vis hebetetur; at si vinum largè bibatur, postquam venenum cum nativo calore per aliquot tempus colluctaverit, vis ejus in luctu jam retusa, ac non nihil discussa, ab illo, ut pote ejus veneni antidoto, penitus extingui necesse est, & idcirco apud Platonem in Phœdone noluerunt satellites ut Socrates hausta cicuta moveretur, timentes ne calore motus veneficium cicutæ discuteretur, ac à corde propelleretur, sicque mors, vel impedita, vel saltem prorogata esset. Optimam cicutam, inquit, Susis adferri. Verba Plinii corrupta esse Doctiss. est opinio. Corrigunt, *maximæ vis natæ finibus Parthorum.* Ipse Theophrastus Susis adferri auctor est. Susæ Parthorum est locus. Strabo lib. XV. Καὶ γὰρ ἡ βασιλεύονται μέχρι νῦν ὑπὸ βασιλέα ἔχοντες οἱ Πάρθοι τῇ δυνάμει τῶν ἄλλων ὑπολείπονται, ☪ τῶν Παρθυαίων ὑποτέτακται βασιλεῖ τὰ μὲν ἐν Σούσοις ☪ μεσογαίοις κεῖται ἐπὶ τοῦ Χόασπη ποταμοῦ πεδιάτερα, ἢ κατὰ ζεύγμα, ἢ ὅτι χώρα μέχρι τῆς Θηλαττης κλίνει. *Nam etsi adhuc Persæ proprium regem habent; viribus tamen longè sunt inferiores, & Parthorum regi dicto sunt audientes. Enim verò Susæ in mediterraneis jacent, juxta Choaspen fluvium, vel paulo ulterius quam sit pars ei flumen superstructus Susiana usque admare pertinet.* Vulgata itaque lectio Plinii non rejicienda. Scio apud Dioscoridem Susarum non fieri mentionem; sed inde non sequitur, Plinii codicem corruptum esse. Solet Plinius, ex variis auctoribus suum contexere opus Verba Dioscorides. Ἐνεγίσατον δέ ἐστι τὸ Κρητικὸν ☪ Μεγαρικὸν (vetus pro his habet, καὶ τὸ ἐν Ἀσίᾳ γινόμενον) ☪ τὸ Ἀττικὸν, ☪ τὸ ἐν τῇ Χίῳ ☪ Κικιλίᾳ γινόμενον. *Maxima efficasissimaque vis Creticæ, Megaricæ, Atticæ, & in Chio, ac Sicilia nascenti.* Catacureni codex habet ἐνεγίσατον δέ ἐστι τὸ Κρητικὸν, ☪ τὸ ἐν Ἀσίᾳ γινόμενον, καὶ τὸ Μεγαρικὸν, καὶ τὸ Ἀττικὸν ☪ τὸ Κῷον. Lacuna etiam ex antiquissimo codice ἀντὶ ☩ Χίῳ, καῖ reponit. Vulgatam servo lectionem, quod eam defendat Theophrastus. Illud solùm indagandum restat, cur in Susis, locis prægelidis efficacissima sit cicuta; at in Batavia frigori non cedens, & Parthorum regione non infesta, saltem non mortifera sit. Respondendum videtur, Susarum terram respectu Batavorum calidissimam esse utpote quæ inter utrumque Zonam ardentem sive torridam sita est. Batavia sub zona ferè frigida. Corrumpitur itaque deteriove evadit cicuta, magisque fit venenosa, quod ab aëre non diffletur deleteria qualitas, contra in Batavia, quia facile à ventis dissipeatur, non est adeò lethalis.

ΚΕΦ. ΙΗ.

CAP. XVIII.

Consuetudine venenorum vires fieri debiliores, & inertes, atque ita quibusdam non nocere potuisse elleborum. Quo remedio usus fuerit Eudemus post viginti duas potiones ellebori. Deque mira vi pumicis ac quantum valeat consuetudo, quod & absynthium depastum ostendit.

Ἁπάντων δὲ τῶν φαρμακωδῶν αἱ δυνάμεις ἀσθενέστεραι τοῖς συνειθισμένοις. τοῖς δὲ, καὶ ἀνένεργεῖς τὸ ὅλον. ἔνιοι γὰρ ἐλλέβορον ἐσθίοντες πολὺν ὥστε ἀναλίσκειν δέσμας ὅλας, οὐδὲν πάσχουσιν. ὅπερ ἐπεὶ ☪ Θρασύας δεινότατ☉ ὢν ὡς ἐδόκει τὰ περὶ τὰς ῥίζας. πιθανὸν δὲ τοῦθ' ὡς ἔοικε καὶ τῶν νομέων τινές. διὸ καὶ πρὸς τὸν φαρμακοπώλην τὸν θαυμαζόμενον, ὡς κατέθηε μίαν ῥίζαν ἢ δύο, παραγενόμεν☉ ὁ πιμὴν καὶ ἀναλώσας ὅλην τὴν δεσμὴν, ἐπαίνησεν ἀδόκιμον. ἔλεγε δ' ὅτι καθ' ἑκάστην ἡμέραν τοῦτο ποιεῖ καὶ αὐτὸς καὶ ἕτεροι. κινδυνεύει γὰρ ἔνια τῶν φαρμάκων τῇ * ἀσυνηθείᾳ * συνηθείᾳ φάρμακα γίνεσθαι. τάχα δ' ἀληθέστερον εἰπεῖν ὡς τῇ συνηθείᾳ ὐ φάρμακα. προσδεξαμένης γὰρ τῆς φύσεως καὶ καταμερατόσης, ὐκέτι φάρμακα. καθάπερ ☪ Θρασύας ἔλεγεν. ἐκεῖν☉ γὰρ ἔφη τὸ αὐτὸ, τοῖς μὲν φάρμακον εἶναι, τοῖς δὲ, ὐ φάρμακον, διαίρων τὰς φύσεις ἑκάστων. ὥστε γὰρ δεῖν καὶ ἰῶ ὄφεως διαγνῶναι. ποιεῖ δέ τι δηλονότι πρὸς τῇ φύσει καὶ τὸ ἔθ☉. Εὐδημ☉ γοῦν ὁ φαρμακοπώλης εὐδοκιμῶν σφόδρα καθ' ὅλην τέχνην, συνῆλθομ☉ μηδὲν πεισθῆναι πρὸ μιᾶς ἡμέρας ἡλίου δύοντ☉, κατέφαγε μέτρον πάνυ καὶ ὐ κατέχειν, ὐ δι' ὀκράτου. † ὁ δὲ χί☉ Εὐδημ☉ πίνων ἐλλέβορον ὐκ ἀναδαίρετο. καίπτε ἔφη πιεῖν καὶ ἐν ὅσῃ πόσει ἐθέλει σὺ τῇ ἀγορᾷ ☪ σῇ καθήμενος ἐπὶ τῶν σκιῶν, καὶ ὐκ ἐξαναστήσεται, πρὸ ☪ δείλης γενέσθαι. τότε ἀπῆλθεν ἀναλύσασθαι, καὶ δειπνῆσαι ἅπαξ ἐωθεν, καὶ ὐκ ἐξεμέσας. τῇ δ' ἐμπροσθεν σὺ πολυχρονίῳ συνηθείᾳ χαίρων, δεξάμενον δὸν ἐλίχνης ἕως τοσούτων. πιόντων δὲ τῶν φαρμάκων αἱ δυνάμεις ἀσθενέστεραι τοῖς συνειθισμένοις, ἐνίοις δ' ἄπρακτοί εἰσιν. ἄλλ☉ δ' βοηθειάν τινα.

† ὁ δὲ χί☉ Εὐδημ☉, ὐ φαρμακοπώλης ἐλλέβορ☉ πίνων πλείονας πόσεις ὐκ ἀναδαίρετο, καὶ ποτίσθη, σὺ μιᾶ ἡμέρᾳ ἡλίου δύοντ☉, κατέφαγε μέτρον πάνυ καὶ ὐ κατέχειν, ὐ δι' ὀκράτου. συνειθίμενος τοῖς ὁμοίοις ἐπὶ τούτῳ, δύο πίνων ἐλλέβορον ὐκ ἀναδαίρετο. καίπτε ἔφη πιεῖν καὶ ἐν ὅσῃ πόσει ἐθέλει σὺ τῇ ἀγορᾷ ☪ σῇ καθήμενος ἐπὶ τῶν σκιῶν, καὶ ὐκ ἐξαναστήσεται, πρὸ ☪ δείλης γενέσθαι. τότε ἀπῆλθεν ἀναλύσασθαι, καὶ δειπνῆσαι ἅπαξ ἐωθεν, καὶ ὐκ ἐξεμέσας. τῇ δ' ἐμπροσθεν σὺ πολυχρονίῳ συνηθείᾳ χαίρων, δεξάμενον δὸν ἐλίχνης ἕως τοσούτων. πιόντων δὲ τῶν φαρμάκων αἱ δυνάμεις ἀσθενέστεραι τοῖς συνειθισμένοις, ἐνίοις δ' ἄπρακτοί εἰσιν. ἄλλ☉ δ' βοηθειάν τινα.

OMnium vero medicaminum vires debiliores in assuetis deprehenduntur: in nonnullis etiam omnino inertes. Quidam enim tantum ellebori esitantes ut manipulos totos consumant, sine noxa id faciunt. Quod etiam Thrasyas sæpius fecit, qui radicum peritissimus habitus est. Faciunt hoc idem pastores nonnulli. Itaque cum ad medicaminum venditorem, quem mirabantur omnes unam aut alteram radicem comedere posse, pastor quidem venisset, absumpsissetque integrum manipulum, fecit ut nunquam amplius ille pharmacopola laudaretur. Idque singulis diebus, non tantum illum, sed etiam alios pleroscque facere dicebatur. * Fit enim, ut pleraque ex medicamentis, propter hominis consuetudinem, vim suam amittant, nec amplius medicamina esse possint. Cum enim à natura admittuntur, superantur, conficiuntur, non amplius poni inter medicamina debent. Quod & Thrasyas dicere solebat. Naturas enim ille † discernens, idem aliis medicamen, aliis non medicamen esse ajebat. Itaque & habebat ipse, & alios quoque ejus rei debere rationem habere putabat. Verum unà cum natura etiam consuetudinem posse aliquid efficere constat. Quamobrem Eudemus medicamentarius, hac in arte facile princeps, cum se nihil affectum iri ante solis occasum pepigisset, exiguum quid devoravit, quod neque continere, neque superare potuit. ‡ At vero Chius Eudemus ellebo-

* *Fieri autem vel non potest, ut pleraque ex medicamentis non assuetis pharmaca sint, sed contrarium autem verius dici potest, quod assuetis pharmaca esse desinant.*

† *Dijudicans.*

‡ *At verò Chius Eudemus, non pharmacopola multas potiones ellebori hauriens, non purgabatur, & nonnunquam unâ die, cum ejusdem professoribus re composita in foro super vasis sedens viginti duas potiones se sumpsisse retulit, nec surrexisse priusquam esset vespera: tunc verò abysse lotum atque cœnatum, uti consuev. rat. nec quicquam evonuisse. Hoc autem fecit longa consuetudine præparatum, à paucis scilicet principio accepto, sicque ad eas potiones progrediens. Sunt enim omnium medicamentorum vires in consuetis infirmiores, in aliquibus etiam prorsus inefficaces, alius tamen auxilio præparato, opposuit pumice aectum aspersisse, ac bibisse se retulit.*

rum

ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ δύο ϗ εἴκοσι πόσεις ἐν τῇ ἀγορᾷ, καθήμενος ἐπὶ τῶν σκευῶν. καὶ οὐκ ἐξαναστῆναι πρὸ τοῦ δεῖλιν γενέσθαι. τότε δ' ἐλθὼν ἀπολούσασθαι, καὶ δειπνεῖν ὥσπερ εἰώθει, & οὐκ ἐξεμέσαι. πολλῷ δὲ μᾶλλον βοηθῆσαι τινα φαρμακευσάμενον κατίσχειν γὰρ ἐπιπάσσων ἐπὶ ὄξος δεμνὸ, πιεῖν ἔφη μετὰ τὴν ἑβδομὴν πόσιν, ϗ πάλιν ὕστερον ἐν οἴνῳ τὸν αὐτὸν τρόπον. τὴν δὲ τῆς κιονήλου ἅτως ἰσχυρὰν εἶναι δυνάμιν, ὥστε ἐάν τις εἰς πῖδον ζέοντα ἐμβάλῃ, παύειν τὴν ζέσιν, & φαρμακεῖμα μόνον, ἀλλὰ ϗ ὅλως. καταξηραίνουσάν τε δηλονότι, ϗ ἀναδεχόμενον τὸ πνεῦμα ϗ τοῦτο διΐσαν. ἅτος μὲν οὖν τότε ἐβοηθήθη, παύσῃ τῇ βοηθείᾳ κατέσχεν. ὅτι ϗ τὸ ἔθος ἰσχυρὸν, ἐκ πολλῶν φανερόν. ἐπεὶ ϗ τὸ ἀψίνθιον πολὺ ἐμπαύσασθαι πόσασα & φασί τινες νέμεσθαι. τὰ δὲ ἐν τῷ Πόντῳ νέμεται, ϗ γίνεται πόκεα & καλλίω, ϗ ὡς δή τινες λέγουσιν ἐκ ἔχοντα χολήν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἑτέρας αὖ τινος εἴη θεωρίας, αἱ δ' ῥίζαι ϗ τὰ ὑλήματα, καθάπερ εἴρηται πολλάς ἔχουσι δυνάμεις, & πρὸς τὰ ἔμψυχα ζώματα μόνον, ἀλλὰ ϗ πρὸς τὰ ἄψυχα.

rum cum biberet, non purgabatur, & viginti duas aliquando potiones uno die sumpsisse se retulit, cum fori apud merces sederet, nec surrexisse prius, quam esset meridies: tunc vero domo petita, balneas ingressum, cœnatumque more solito, nec quicquam evomuisse. Hic tamen auxilio quodam præparato opposuit. Aceto enim acri aspersam pumicem bibisse se retulit post septimam ellebori potionem, rursusque ex mero eodem modo egisse. Pumicis autem vim magnam adeò esse, ut si in urceum bullientem eam injeceris, fervorem extinguas non solum parte aliqua temporis, sed etiam ex toto. Pumicem enim exsiccare vehementissime, atque ad se spumam totam recipere, idque extinguendi causam esse. Hic ergo largitatem potus, tali retinere remedio potuit. Quod autem consuetudo plurimum valet, multis sane rationibus constat. Nam & absynthium pecora hujus tractus pascere quidam negant, Pontica autem pascunt, ut pinguiora, atque pulchriora reddantur, & ut quidam volunt, sine felle. Quæ tamen non tam ad præsentem disputationem, quam alio spectare judico. Radices verò, & universum genus materiæ humilis, permultis, ac variis viribus (ut dictum est) natura instruxit: nec ad corpora inanimata tantum, sed & animata quoque.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Κινδυνεύειν γὰρ ἔνια τῶν φαρμάκων τῇ ἀσυνηθείᾳ φάρμακα γίνεσθαι. πάχα δ' ἀληθέστερον ἔπεσιν, ὡς συνηθείᾳ, & φάρμακα. *Theophrastus recitat Antiquorum opinionem, qui ajebant, medicamenta esse medicamenta non assuetis. Ergo dicat bonus Philosophus, medicamenta esse medicamenta per accidens.* Κινδυνεύειν, *notat esse posse, & non esse. Quare subdit potius contrarium. Theodorus priore sententia omissa omnia permiscuit.*

Διαιτᾶν τὰς φύσεις. *Theodorus*, discernens. *Plus est,* Δικαιτᾶν. dijudicans. *verbum à causis ductum. Herodotus in judiciis minus usitate voce,* δικᾶν.

Ὁ ϗ χίος ἰυδημος. *Theodorus addit*: ante minime laudatus.

Ἐπὶ τῶν σκευῶν. *Theodorus* apud vasa. Super vasis, *ad verbum, neque enim sedes alas secum afferunt circulatores, præter sarcinas, in quibus sedant: & è quibus concionantur, & feci dixit: ut Terentius. Verum illi licuit in risu & comœdia, ea figura quæ* παρηλογία *dicitur à doctis. Quemadmodum de parodia diximus in libris de re poetica. Alluxit enim ad communem loquendi usum: domi, forisque. Idem δεῖλιν ubique meridiem interpretatur in libris Aristotelis & Theophrasti. verum crepusculum Atticis ea voce significari nemo dubitat doctiorum. Crepusculum inquam tum serotinum, tum matutinum. tantum abest, ut meridies repræsentetur. Idque ex Xenephonte, Thucidide, Lariano, Plutarcho, Polluce. Cum enim δεῖλη, pro ambiguo tempore æque stare consuevisset addebant aliquando,* ὀψία, *aut* πρωΐα. *Ratio quoque & origo vocis pro nobis est.* δεῖλη δῖ' ἠλίου. *deficiente sole.*

Κίοσηλον ἐπιπάσσων ἐπ' ὄξος δριμύ. *Theodorus*, aceto acri aspersum punicembibisse. *At queat nemo bibere aspersum pumicem, sed dilutum, & solutum, & Theophrasti verba contrarium sensum colligunt. Aspersisse punice acetum.*

Αἱ δ' ῥίζαι, ϗ τὰ ὑλήματα. *Hinc caput auspicandum.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIVS.

TOto hoc capite solum docet Theophrastus, consuetudine medicamenta ita temperari, ut tandem desinant esse pharmaca, aut venena. Quod tribus maximè historiis probare conatur; singula quæ hoc capite enarrat examinabo.

Ἁπάντων. Omnium medicamentorum vires in assuetis debiliores esse ait. Probat hoc experientia, ac quotidie id licet in morbis observare chronicis; in quibus ipsa purgantia tandem, non secus ac alimentum, concoquuntur ac distribuuntur; à quibus cum primum præscriberentur, plures excretiones movebantur: Novi quendam qui cum liberaliter à ʒ j. pill. chochiarum expurgaretur, postea medicamento assuetus vix ne quidem à semiuncia, moveretur.

Κινδυνεύειν. Antiquorum recitat præceptor opinionem, qui medicamenta non assuetis, medicamenta vel esse, vel non esse dicebant. Hanc non probare videtur opinionem; quia tum medicamenta forent pharmaca per accidens. Contrariam, itaque laudat sententiam. Locum perperam vertit Theodorus.

Προσδεξαμένης γάρ. Dat rationem cur medicamenta esse desinant. nempe quod à colore nativo & superentur, & conficiantur. Purgans enim ut agat, oportet patiatur aliquid à calore insito, non vero tantum, ut ab ipso superetur, & amittat vim suam specificam.

Ὁ ϗ χίος Εὐδημος. Triplici ut dixi, historia confirmat & probat, consuetutine medicamenta purgantia vim amittere. Ex his duæ hactenus confusæ exstiterunt, priorem sive secundam integram restituimus ex Apollonio, apud quem locus hic ita legitur. θεόφραστος ἐν τῷ περὶ φυτῶν ἐν τῇ ἑκκαιδεκάτῃ τῆς πραγματείας. ἰυνομος (φησὶν) ὁ χίος ὁ φαρμακοπώλης ἐκβεβόρβορωμένων πολλοὺς πόσεις, οὐκ ἀκαθαίρετο. ϗ ποτὲ, ἔφη, ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ συνήμεν τοῖς ὁμοτέχνοις περὶ τούτου, δύο ϗ εἴκοσι πόσεις ἔλαβεν ἐν τῇ ἀγορᾷ καθήμενος, & οὐκ ἐξανίστη ἀπὸ τῶν σκευῶν, πρὶν ἀπῆλθεν λέσασθαι, ϗ δειπνῆσαι, ὥσπερ εἰώθει, ϗ οὐκ ἐξήμεσεν. τοῦτο δ' ἐμηχανήσατο ἐν πολυχρονίᾳ συνηθείᾳ γεγονώς, ἀφελόμενος ἀπ' ὀλίγων ἕως τοσούτων. πάντων δ' τῶν φαρμάκων αἱ δυνάμεις ἀσθενίστεραι τοῖς συνειθισμένοις, ἐνίοις δὲ ϗ ἄπρακτοί εἰσιν. Hæc apud Apollonium, cujus verba non sine labe. Lego ἐπάτη, quod constet Theophrastum decem de historia scripsisse libros. Lego ὁ φαρμακοπώλης ut à priori distingui possit. Cæterum utrum ἰυνομος an ἰυδημος legendum sit, ut vulgati codices habent, nolo contendere. Apud Sextum Empiricum, ubi hæc historia refertur, pro Eudemo Rufinus legitur. pyrrh. Hypotyp. lib. I. cap. XIV. *Fuit & Rufinus quidam apud Chaldicen, qui bibens helleborum, neque postea vomebat, neque ullo modo purgabatur, & ut consuetum aliquem potum sumebat, & concoquebat.* Empirici hujus verba efficiunt, ut Apollonii verbis, quam Theophrasti vulgatis codicibus majorem fidem dederim. Probatur præterea Apollonii oratio, quod Theophrasti mens sit hoc capite consuetudinis efficaciam demonstrare. Tertia historia, ut pu-

ut puto, lacera est. Ea quidem probatur, consuetudine tale quid effectum, sed tamen non illa sola id obtinuisse hunc autorem, sed adhibuisse antidotum, pumicem scilicet. De pumice vide Dioscoridem.

Ὅτι δὲ τοιοῦτον. Alio probat argumento præceptor consuetudinem plurimum valere, quod pecus absynthio pascatur, & pinguius quibusdam in locis reddatur, & quidem, ut volunt, sine felle fit. Hunc locum idem Apollonius citat. Διοφάνης ἐν τῷ περὶ φυτῶν τὰ περόβατά φησι τὰ ἐν τῷ Πόντῳ τὸ ἀψίνθιον νεμόμενα ἀχόλ ἔχειν χολήν. Plinius lib. 11. cap. xxxvii. *Carent eo* (felle) *qui absynthium* (absynthio) *vescuntur in Ponto.* Stephanus περὶ πολέων etiam hunc locum citat. Ἄψινθος πόλις Θρᾴκης. ἀψινθὶς ἡ ἡ χώρα. τὸ ἐθνικὸν, ἀψίνθιος καὶ ἀψινθίας. ἔστι δὲ ἴδιον φυτὸν περὶ ὃ Βιβλὶς ὁ Δημοκρίτειος, ὅτι Διοφάνης ἐν τῷ περὶ φυτῶν ἱνάτῳ τὰ περόβατα τὰ ἐν τῷ Πόντῳ τὸ ἀψίνθιον νεμόμενα, ἀχ ἔχει χολήν. διχῶς ἡ γραφὴ διὰ β καὶ διὰ π. *Absinthus urbs Traciæ, Absynthis regio cujus incolæ absynthios & absynthias vocantur. Est plantæ nomen; de qua Bolus Democretejus ait, Theoph. lib. nono hist. plantarum scribit, pecora in Ponto herba hæc pasta carere felle.* Dupliciter scribitur, vel per υ vel per ι. Absynthium, vel ut apud divum Joannem in Apocalyps. cap. xxviii. legitur ἄψινθος, dicitur παρὰ τὸ ἅπτω, ὃ ἐ δεῖς ἅπτεται, *quod nemo propter insignem amarorem hanc herbam attingat.* Qua de causa ab aliis βαθύπικρον vocatur. Poëtæ ἀκίνθιον nuncupant. ὃ ἐκ ἂν ἷς πίῃ διὰ πικρότητα. *Quasi impotabile propter summam amaritudinem.* Suidas, ἀψίνθιον ἴδιον βοτάνης. τινὲς δὲ τῶν κωμικῶν λίγυπν.

Turpia deformes gignunt absynthia campi,
Terraque de fructu quam sit amara docet.

Ἀψίνθιον appellatum crediderim, à particula negativa, α, & ψινθος, *quod minime sit delectabilis.* Hesychius ψίνθος τέρψις. In Græcia Ponticum absynthium vulgo ἀβσίνθιον vocari, docet Anguillara. Honorius Bellus id Bauhinum non ἀβσίνθιον, sed ἄπιον nuncupari scripsit. Uterque rectè. Nam in Græcia, ubi Anguillara vivit, ἀβσίνθια vocatur. In Creta verò, ubi Bellus, ἄπιον. Absynthii genera tria describit Dioscorides, Ponticum, Marinum, Santonicum. Ponticum quin intelligat Theophrastus, dubium non puto. De Pontico hæc tradit Dioscorides lib. iii cap. xxvi. Ἀψίνθιον βαθύπικρον (vetus addit οἱ δὲ ῥωμαικὸν. Marcellus legit οἱ ἢ βαρύπικρον) γινόμενον ἡ πόα. Ἔστι δὲ αὐτῆς βελτίων, τὸ ἐν Πόντῳ καὶ Καππαδοκίᾳ ἐν ὄρει τῷ καλυμένῳ ταύρῳ γινόμενον. *Absynthium, bathypicum dictum, herba est vulgo cognita, præstantius in eo genere, quod in Ponto & Capadocia* (Catacur. codex addit, ἐν ὄρει γαλατίᾳ) *in monte Tauro appellato nascitur.* Plinius lib xxvii. cap. vii. *Ponticum è Ponto, ubi pecora pinguescunt illo, & ob id sine felle reperiuntur: neque aliud præstantius, multoque Italico amarius, sed medulla Pontici dulcis. De usu ejus convenit dicere herbæ facillimæ, atque inter paucas utilissimæ, præterea sacris populi Romani celebratæ peculiariter. Siquidem latinarum feriis quadrigæ certant in Capitolio; victorque absynthium bibit. Credo sanitatem præmio dari honorificè arbitratis majoribus. Stomachum roborat, &c.* Ponticum optimum esse tradunt omnes, quod etiam notum Poëtis antiquissimis. Plautus in Trinummo. *Syc. Omnium primum per Pontum advecti ad Arabiam terram sumus. Ehò, an Arabia etiam in Ponto! Syx. Est. Non illa ubi Thus gignitur, sed ubi absinthium sit, atque cuniculæ gallinaceæ.* Pecora pinguescere hoc absinthio ait; Dioscorides marinum illud præstare refert cap. xxvii. λιπαίνειν δὲ μάλιστα τὰ περόβατα νενόμικε. Sed non dubium, quin verba hæc ad finem capitis pontici adjungi debeant. In sacris Romanorum usurpatam docet Plinius. De hac re vide Alexandrum ab Alex. Inter recentiores quod nam sit ponticum, non satis convenit. Alii enim tenuifolium, quod Romanum vocant, nonnulli latifolium sive vulgare, pro Pontico habet. Qui tenuifolium ponticum esse dicunt, probant suam sententiam ex Galeno lib. xi. cap. xvi. ubi ait. Τῶν τε τι τὸ Ποντικὸν ἀψίνθιον αἱρεῖσθαι βέλτιόν ἐστιν ἐς τὰς ἥπατος ἢ γαστρὸς φλεγμονάς. Ἔστι δὲ αὐτῷ καὶ τὸ φύλλον, καὶ τὸ ἄνθος πολὺ ξηρότερον, ἢ τῶν ἄλλων ἀψινθίων. καὶ ἡ ὀσμὴ τούτου μὲν οὐχ ὅπως ἀηδὴς, ἀλλά τι καὶ ἀρωματῶν ἐμφαίνουσα. τῆς δ' ἄλλοις δυσώδης ἅπασι. *Proinde Ponticum ad jocineris & ventris phlegmonas eligi præstat. Porro id tum folio, tum flore, longè quam cætera absynthia minore, odor quoque huic non modò non insuavis, verum etiam aromaticum quid præferens, reliquis omnibus planè est fœdus.* Qui contrariam defundunt sententiam etiam Galeni utuntur auctoritate lib. vi. simp. cap. de abrotano, ubi ait. Ἕτερον δέ ἐστιν αὐτοῦ τὸ ἀψίνθιον, ὃ πάλαι ἴδιον ἐπὶ πλεῖστα, ὧν τὸ μὲν τῷ χρόνῳ ὁμοιοῦσθαι δοκοῦντας ἀψίνθιον, ὅπερ μάλιστα ἐστὶ τὸ Ποντικὸν, τὸ δὲ σελῖνον, τὸ δ' Σαντόνικον· ἕ δ' ἄλλο μὲν ἀψίνθιον, ἄλλο δὲ σελῖνον ἄλλο δὲ Σαντόνικον λέγοι, οὐδὲν εἰς τὸ παρόντα διαφέρει. ἐ δὲ γὰρ ὄνομα διαμφισβητοῦντες ἥκομεν, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτῶν τῶν πραγμάτων σπουδάζομεν. *At aliud ab eo* (abrotano) *absynthium, cujus rursum tres statuendæ sunt species, quarum unam eodem cum genere ipso nomine appellitant, cujusmodi potissimum est Ponticum. Alterum santinicum, tertium seriphium, si verò aliud placet appellare absynthium, aliud verò seriphium, aliud santonicum, nihil interest, quod ad præsens attinet. nec enim nomen divisuri venimus, sed studium nobis est de ipsis rebus.* Alterum argumentum quo suam probant opinionem à Bellonio petunt. Hic lib. i. cap. ult. *Auctores ponticum absynthium commendant, id in Constantinopolitanis officinis non modo venale, sed etiam usurpatum vidimus, sed omnibus notis cum nostro vulgari hortensi conveniens, nec ab illo differens, nisi quod ponticum sponte nascens invenitur; & nobis admirationis causam non levem præbuit, plerosque in nostra Europa id absinthium in dubium vocare, ineptamque quandam herbulam abrotoni potius genus, & nullius efficaciæ ei substituere maluisse, quam vulgari uti, quod est legitimum Ponticum.* Ad hoc argumentum ex lib. xi. Method. qui contrariam defendunt sententiam, respondere solent; locum corruptum esse & ἀντὶ σμικρότερον, μακρότερον restituendum. Malunt alii, binas plantas absinthii Pontici nomine venire, & ex iis alteram cum absinthio altero prolato convenire quod Dioscoride teste, optimum in Ponto oritur. De hoc, inquiunt, intelligit Galenus, quando absinthii, libro simplicis medicinæ sexto, tria tantum genera statuit, neque Ponticum ab absolutè prolato distinguit. Altera, absinthium propriè Ponticum appellatur, non quod laudatissimum, sed quod copiosissimum, in Ponto proveniat. Quanquam & apud alias gentes nasci, nihil prohibet, & in Pannonia, Latio, aliisque locis, hoc absinthium, auctore Galeno, magis adstringit quam cætera, & amarum minus est. Adhæc aroma olet, reliquis fœtentibus. Postremo foliis & floribus, longè quam alia absinthii genera, minoribus, constat. Absinthium Ponticum, de quo Theophrastus & Dioscorides agunt, vulgare latifolium esse, cum Bellonio credo. Nec propterea tenuifolium, quod Romanum vocant, rejiciendum est, neque tam vilis, uti Bellonius eam depingit, efficaciæ est, nec cur vulgato cedat, video, maxime cum suaveolentius sit, aroma oleat, & magis adstringat. Volunt Galenum lib. vi. simpl. de vulgato loqui. quod præter veritatem videtur. Nam idem Galenus loco citato de absinthio scribit; τὸ μὲν ἀψίνθιον ἐστι ἧττον τῶν ἱερικίων ψιμυθίων, ὡς ἂν πλείστης μετέχων τῆς σύψεως. —— μόνον γὰρ ἐν αὐτοῖς τὸ ἀψίνθιον, καὶ μάλιστα τὸ ποντικὸν, ἐυτύμαχόν ἐστιν, ὅτι πλείστης μετέχει σύψεως. *Absynthium quidem dictum minus est calidum, nempe plurimam obtinens adstrictionem —— solum autem inter ea absynthium, & maximè Ponticum, gratum est stomacho, quia plurimam adstrictionem continet.* Quæro nunc; quod nam absinthium minus calidum, magisque adstringens sit? Nemo facile negabit tenuifolium minus calidum, & magis adstringens esse. Fatentur hoc qui contrariam defendunt sententiam. *Facultate autem, inquiunt, tenuifolium istud absinthium calidum quidem est ac siccum, amaritudinis quoque, sed multo minoris quam latifolium particeps, adstringendi autem vis in eo superat.* Sed corruptum Galeni codicem esse scribunt Ponamus id verum esse, ac restituamus, ut volunt, μακροτέρου, nec tum vulgare latifolium satiscum descriptione conveniet. Nam Ponticum Galenus aroma olere scribit, nec insuave spirare. Judicium ferat, qui illæsum ac incorruptum olfactus instrumentum habet. Utrumque absinthium cognitum satis, nec ulla indiget descriptione. Absinthii, pontici nomine aliam quandam plantam misit Clariss. Honorius Bellus Bauhino, botanico satis celebri; quam his ferè verbis delineat, *Absinthium Ponticum Creticum grati odoris, caule est cubitum superante, rotundo, incano, in ramos plures quincunciales diviso, foliis tenuibus, multum divisis,*

mollibus, incanis, floribus vulgari forma, & colore similibus, paulo tamen majoribus. Hoc, (quemadmodum Honorius Bellus ex Creta anno 1546 addita planta, perscripsit,) in Creta frequentissimè provenit, perpetuò viret, odorem gratum spirat, nihilque amarum est, aut si quam amaritudinem habet, ea valde obscura est: In viridi enim nulla percipitur. Ab asinis & pecoribus omnibusque brutis valde expetitur. Vocatur ἄπσιθ, & non ἀβσίνθια, quemadmodum Anguillara in Græcia vocari perperam scribit. Ego legitimum Ponticum esse judico. Facile, ut dixi, fieri potest, aliud nomen in Græcia obtinere, aliud in Creta. Quare Anguillaram perperam scripsisse non arbitror. Ego Ponticum hoc absinthii genus esse (licet nunquam viderim) nego. Idque quod floribus est majoribus, cum Galenus minoribus tradat; deinde quod amaritudinem habet nullam, cum omne absinthium amarum scribat Galenus. Διτὴν ὴ ἅπαντ@ ἀψινθίν ποιότητα ἐ δύναμιν ἔχοντ@, ὡς κἂν τοῖς ἄλλοις ἴδῃτε φαρμάκοις ἴδῃτε. κραπὲ μὲν τὸ Ποντικὸν ἡ τύφουσα ποιότης ἐστὶν ἐκ ὀλίγου. τοῖς δὲ ἄλλοις ἅπασιν. ἡ μὲν πικρὰ ποιότης, ὑπάρχει σφοδροτάτη. *In omni absinthio qualitas, visque duplex est, uti in libris de simpl. dictum est. Pontico qualitas adstrictoria non exigua est, in reliquis omnibus amara qualitas vehementissima est.* Omne itaque absinthium amarum cum sit, planta Bauhino missa, absinthium esse nequit. Marinum absynthium describit Dioscor. lib. III. cap. XXVII. Ἀψίνθιον θαλάσσιον (alter codex καλέσι τινες ἢ Σιέριφον ἀψίνθιον θαλάσσιον) πινὲς δὲ ἐ σιέλφιον καλοῦσι, ὅπερ πολλοῦ ἐν τῷ περὶ Καππαδοκίαν Ταύρου ὄρει γινόμενον, ἢ ἐν Ταφροσίρει τῆς Αἰγύπτου. ὃ ἀντὶ ἐλαίου οἱ Ἰσιακοὶ χρῶνται. ἔστι δὲ ἡ πόα λεπτόκαρφος, ὁσμὴν ἀδροτόνου μικρᾷ περιττῇ σπερματίων, ὑποπικρ@, καυσματ@, βαρύοσμ@ τύφουσα μετὰ τοῦς θερμασίας. *Absinthium marinum quidam seriphium vocant: quod quidem copiosissimum in Tauro monte juxta Cappadociam gignitur, & in Taphosiri Ægypti. Id Isiaci pro oleagino ramo præferre solenne habent. Est autem herba prætenuibus surculis, abrotani parvi similitudine, minutilis referta seminibus, subamara, stomacho inimica, graveolens, & cum quadam calfactione adstringens.* Verba ἐν τῷ περὶ Καππαδοκίαν Ταύρου ὄρει, quanquam apud Oribasium reperiantur, non absre Marcellus, Cornarius, Saracenus, aliique viri docti suppositia esse, perperamque huc ex præcedenti capite translata, censuerunt. Quandoquidem non est verisimile plantam maritimam, tanta copia in monte Tauro provenire. Meminit hujus absinthii Plinius loco citato. *Est & absinthium marinum, quod quidam Seriphium vocant, probatissimum in Taphosiri Ægypti. Hujus ramum Isiaci præferre solenne habent, augustius priore* (Pontico) *minusque amarum, stomacho in inimicum; alvum mollit, pellitque animalia interaneorum.* Taphosiri Stephanus περὶ πολίων meminit, dicitque nomen accepisse, quod Osiridis sepulchrum ibi esset. Quasi Osiridos τάφον. Ταφόσιρις πόλις Αἰγύπτου, ἐν ᾗ λέγεται ὅσιρις τεθάφθαι. Isiacos vocat, Isidis sacris initiatos; hos absynthi hujus ramum, pro oleagino ramo prætulisse, ait. Etenim, ut alibi dicam, in Ægypto nasci recusat olea. Scio Theophrastum libris de caus. mentionem facere de oleæ quodam genere Ægyptio; Sed de ea suo loco. Errant Botanici gravissimi, doctissimique, qui sophiam marinum credunt esse absinthium; idque quod nec amara sit, nec calida, sed resiccans & adstringens, & particeps alicujus frigiditatis. Alioquin quo ad folia, uti tabella docet, non malè conveniret. Nec seriphium Dioscoridis planta est quam abrotanum fœminam vulgo vocant. Hæc enim valde amara, & stomacho grata, non inimica est. Marinum absinthium, cujus iconem adpingi curavimus, non procul à mari reperitur. Frequens in Hollandiæ, Zelandiæ, Flandriæ, Frisiæ littoribus; Et in Gallia, Italia, aliisque regionibus maritimus invenitur; sed colore & odore à Batavico differt. Nam quod circa littora maris mediterranei, ac in plerisque Europæ Provinciis, veluti in Narbonnensi Gallia provenit, graveolentius est, & minus candicans, contra minus graveolens, sed candidius ad Oceani littora natum. Marinum tenuitate ac multiplici foliorum sectione tenuifolio non cedit. In tenues ac minutulas particulas complures similiter dissecta sunt foliola, mollia item & candida; cauliculi in multos ramulos dividuntur, circa quos flosculi & semina, ut aliorum; radix dura & lignosa. Natura calidum est & siccum. Stomacho, ut observarunt veteres, propter

Absynthium Seriphium.

salsedinem conjunctam, inimicum. In hortas translatum feliciter provenit, & non rarò arboris naturam assumit. Santonicum, à Dioscoride lib. III. cap. XXVIII. delineatur. Ἔστι ἢ ἐ τείτον εἶδ@ ἀψινθίου γινόμενον ἐν τῇ κατὰ τὰς Ἄλπεις Γαλατίᾳ πολίσιον. ὃ ἐπιχωρίως Σαντόνιον καλοῦσιν ἐπωνύμως τῇ γινώσῃ αὐτὸ Σαρδόνιδι χώρᾳ.

Absynthiom Sandonium.

εἰκὸς ἀψινθίῳ, ἐ μὴν ὕπνωτικὸν, ὑποπικρὸν δέ, ἢ δυνάμενον τὰ αὐτὰ τῷ Σιελφίῳ. Est & tertium absinthii genus quod copiosissimum in Gallia, Alpibus finitima, nascitur.

Id pa-

Id patrio nomine Santonicum appellant, tracto à Santonum regione, in qua gignitur, cognomento. Absinthio est simile, attamen non adeò seminis fœcundum, verum subamarum, & ejusdem cum seriphio facultatis. In Aldino codice legitur, ἀντὶ Σαντίνιον, Σαβδήνιον, quam lectionem Anguillara & Pena præferunt, at verò Saracenus Σαντόνιον legit, vel cum Galeno Σαντόνικον, & inferius ἀν Σαβδηνῆ, Σαντονίδι, vel Σαντονεία, maximè cum apud Santonas, Galliæ Aquitanicæ populos, hujusmodi nascatur absinthium copiosissime. Neque, inquit, ignoro esse, qui in Galatia Asiatica, regionem quandam agnoscant Sardonidis nomine, sed quis est quæso, è geographiæ scriptoribus, qui Alpium Asiaticæ Galliæ mentionem unquam fecerit? Verisimilius ergo est τὴν κατὰ τοὺς Ἄλπεις Γαλατίαν, Galliam nostram intelligi, ad differentiam Γαλατίας τῆς κατὰ τὴν Ἀσίαν, cujus sequenti capite fit mentio. His adde, quod Galenus & Plinius palam huic nostræ lectioni adstipulantur. Siquidem Gal. lib. VI. simpl. absinthii Santonici mentionem cum facit, ita inquit, τῶν δ' ἄλλων τὸ μὲν Σαντόνικον ἀπὸ Σαντονείας χώρας ἢ φύεται τὴν ἐπωνυμίαν ἔχον, *at cæterorum Santonicum quidem, à Santonia regione in qua nascitur, nomen sortitur.* Sic Plinius loco citato. *Inter cætera genera absinthii Santonicum commemorat, sic appellatum à Galliæ civitate.* Saraceni, viri longè doctissimi, lectionem hanc probo. Vellem tamen nos docuisset, qua facie illud absinthium esset, cujus mentionem facit. Qui Romanum sive tenuifolium absinthium Santonicum volunt esse, falluntur. Nam nec facie vulgato sive latifolio, nec viribus seriphio est simile. Quippe roborat stomachum & hepar; contra seriphium inimicum stomacho. Utrum scheha Arabum sit santonicum, non ausim asserere, quod nunquam viderim. Describitur à Lugd. his verbis. *Circa Bethlehem provenit copiosum absinthii genus, foliis cinereis, quale est nostratis, ramulis tenellis multis, in quorum vertice semen copiosissimum est, gravis odoris qui nauseam moveat, etiam valde molestam, gustu acre, salsum, amarum. Hanc plantam Arabes scheha vocant, semen hujus minutissimum est, lumbricis necandis*

Semen sanctum, sementina.

utilissimum, quamobrem semen contra vermes mercatoribus nuncupatur. Hoc si verum santonicum, ut quidam credunt, Romanum absinthium Ponticum esse demonstrari posset, quippe folio tenuifolium magis, quam latifolium refert. Sed non esse santonicum vel eo demonstratur argumento, quod ferat semen copiosissimum, cum Dioscorides non adeò fœcundum santonicum dicat. Eadem de causa nec sementina, sive semen sanctum, vel, ut alii malunt, semen contra lumbricos aut semen zedoariæ santonicum esse potest. Caule planta hæc adsurgit mox in multas alas ac ramos distributo, circa quos folia minuta, copiosiora vero semina, exigua quidem illa, sed adeo frequentia, ut stirps cum ramis universis, semine tota turgida appareat. Amarum admodum semen hoc est, calidum & siccum, ventriculo non ingratum, cum santonicum Dioscorides ingratum esse referat, & subamarum. Peregrina stirps hæc est, quæ in hortis calidarum regionum sata, non infeliciter provenit. Reticere nequeo quod mihi contigit. Bis semen terræ commisi quod in officinis seminis sancti nomine venditur, bis ex eo nata nobis tanaceti genus cuius effigiem adsculpendam curavi: differt à vulgato quod folia sint minus viridia, sed candidiora paulum. Decipiuntur, ut mox latius dicam, qui artemisiam monoclona putant. Cujus historiam hoc loco eo libentius addam, quod ex eo luce meridiana clarius patebit, Dioscoridis ponticum absinthum esse latifolium. Folia enim artemisiæ comparat absynthio. Artemisia, si Plinio credimus, ab Artemisia Mausoli Cariæ regis uxore, quæ hanc sibi adoptavit, nomen accepit. *Mulieres*, inquit, lib. XXV. cap. VII. *Hanc gloriam affectavere, in quibus Artemisia, uxor Mausoli, adoptata herba, quæ antea parthenis vocabatur.*

Tanacetum.

Παρθενὶς id est virginalis, quod virgo Dea nomen illi dederit. Eadem de causa παρθένιον dictam apud Apulejum legimus. Aliud etymon apud Plinium legitur. *Sunt*, ait, *qui ab Artemide* (id est Diana ἀπὸ τῆς ἀρτεμοῦς τίμιον.) *Ilithya cognominatam putant, quoniam privatim medeatur feminarum malis.* Et hæc quidem, ex Plinii sententia. Quid impedit, nomen impositum esse, ἀπὸ τῆς ἀρτίου quod est *incolumis*, vel *integer*. Hinc ἀρτεμίσια, quod multas incolumes reddat. Suidas

ἀρτεμὶς

ὑγιὴς, ὁλόκληρος, σῶος. ὑγιὴς, ἄρτιος ἢ ἡμιόν. Hesychius ὑγιεία ὑγίεια ὑγιᾶ. ὑγιαίοντα, ὑγιαίοντα, ἰσχύοντα — ὑγιεῖς σῶον ὑγιᾶ. σώφρονα. Belgis bruet dicitur, quasi præsens pedum adjumentum, quod ad lassitudinem, ex itinere, maximum sit præsidium, quæ ejus decocto, si laventur ac foveantur pedes, omnis tollitur. Quod & observavit Plinius lib. xxvi. cap. ult. *Artemisiam & eleliſphacum alligatas qui habeat viator, negatur laſſitudinem ſentire.* Nuncupatur præterea iisdem Belgis S. Jans kruyt / id est herba S. Ioannis, vel siquis mavult Jani. Non enim à Christianis vox hæc videtur in Belgio nata, sed à Christianorum majoribus, ad Christianos devenit. Constat enim Christianos Antistites, voces sive nomina à gentilibus profecta, ad suos ritus traxisse. Non ergo mirum videri debet si pro Jani, ne iterum ad fœdam idolomaniam degenerarent, dixerint, ac reposuerint S. Joannis: quod Joannis & Jani nomenclaturæ non multum differrent; præsertim si more Hebræo Jehan pronunciatur. Sed cur Jani herba dicta? Non alia de causa videtur, quam quod ejus decoctum, hominum ex itinere lassorum, pedes adeo recreet, ut nihil in rerum natura reperiatur, quod ei sit conferendum. Majores nostri neminem dimittebant, iter ingredientem, cui non antea Iani poculum, quod sint Jans gelep vocabant, præbibissent. Iani enim numen portis, januisque præsidebat, quo euntibus & redeuntibus esset prosperum. Sed quid impedit, quo minus credamus ab ipsis Christianis, non à gentilibus, nomen hoc inditum? Immo ratio dari potest, cur Christiani, non autem gentiles, nomen plantæ huic tribuerint. Quod scilicet, profesto divi Ioannis, sub ea carbo inveniatur ad epilepsiam depellendam conveniens. Testis est Fernelius in consilio pro puero epileptico. *Æstivo*, inquit, *solstitio, & maximè divi Ioannis Baptistæ profesto, si artemisiæ herbæ radix evellatur, sub ea verus carbo, sed tamen bene odoratus, inveniri solet, qui sindone incluſus, appenſusque collo, epilepſiam arcet.* Hunc ego carbonem non semel reperi, cum Lugduni Batavor. studiorum causa agerem, eumque præceptori meo nunquam satis colendo, Ælio Everhardo Vorstio Med. doctore & professore primario, horti medici præsidis summo, ostendi, qui eum publicè tum temporis studiosis demonstravit, & à nobis inventum dixit, cum antea Fernelii hanc sententiam risisset. Invenit & eundem carbonem, eodem quo diximus die, Adrianus Tollius Med. doctor satis celebris, & pharmacopola Martinus Ioannis à se quoque inventum nobis dixit. Facile ergo fieri potest, hac de causa S. Ioannis nomen huic plantæ impositum fuisse. Artemisiæ genera ut, Dioscorides describit, sunt tria, latifolium sive polyclonos, monoclonos, & tenuifolium, sed capitis illius Dioscoridis posteriorē partem viri docti pro spuria habent. Verba ipsa Dioscoridis audiamus. Reperiuntur lib. iii. cap. cxxvii. & cxxviii. ἀρτιμισία (vetus interserit μονόκλωνος fortass. ex Parisiens. non malè scriberetur πολύκλωνος sic enim caput hoc inscribitur περὶ ἀρτιμισίας πολυκλώνου) φύεται ἐν τοῖς ἀγχιλαχανίοις τόποις ὡς τὸ πολύ, πόα θαμνοειδὴς, πυγμαίοις ἀψίδι, μίζων ἢ ἐλιπερώτερα τὰ φύλλα ἔχουσα. ἡ μὲν τὶς ἐστιν αὐτῆς ἐνιρρὴς, πλατύτερα ἔχουσα τὰ φύλλα, καὶ τὰς ῥάβδους· ἡ δὲ λειοτέρα, ἄνθη μικρὰ, λευκὰ, βαρύοσμα (Ald. βαρύοσμον ut de tota intelligatur planta.) ἄνθος ἢ ἄνθει. Ἔνιοι δὲ τὸ ἐν μεσογείοις λεπτόκαρφον βοτάνιον ἀπαλὸν τῇ κεφαλῇ, ζφόδρα μικρὸν, ἄνθος πρόπλεων κίρρωδὲς τῇ χροιᾷ, λεπτὸν καλοῦσιν ἀρτιμισίαν μονόκλωνον (alter πολύκλωνον.) ἴση ἡ ἐνωδία τῇ περὶ αὐτῆς. Ἀμφότερα δὲ θερμαίνουσι καὶ λεπτύνουσιν. —— cap. cxxviii. Ἀρτεμισία λεπτόφυλλος, ἥτις χειμῶνι περὶ ὀχετὲς ἐν φάραγξι καὶ εἰς χώρας ἀποῤῥύμους. τὸ ἄνθος ἐν αὐτῇ καὶ τὰ φύλλα περιόμενα, ὀσμὴν ἀποδίδωσι σαμψύχου. *Artemisia in maritimis plerumque nascitur, herba fruticoſa, abſinthii ſimilitudine, niſi quod eſt majoribus pinguioribuſque foliis, quanquam quædam eſt lætior habitiorque, foliis virgultiſque latioribus, altera vero tenuioribus; flores ſunt parvi, tenues, candidi & graveolentes: æſtate autem floret. Sunt qui in mediterraneis artemiſiam monoclonon appellant, herbulam gracili ſurculo, ſimplici caule donatam, valde puſillam, attamen floribus refertam tenuibus, & ad fulvum (croceum* Ald.*) colorem accedentibus. Hæc quam præcedens jucundiorem efflat odorem, utraque excalfacit & attenuat.* —— cap. cxxviii. *Habetur & artemiſia tenuifolia quæ circa rivulos ac ſepes, & in agris frumentariis naſcitur. Hujus folia & flores ſi contriveris, ſampſuchi odorem exſpirant.* Lego cum Saraceno κιρρώδεις. Ad illud enim ἄνθος referri debere, & nobis sit verisimile. Cæterum in altero codice κροκώδεις legitur. Oribasius verò & Hermolaus κηρώδεις, hoc est cerei coloris, parvâ differentia legisse videntur. Cereus, croceus, fulvus color, non valde dissimiles Ἀρτ. μικρά. cur interpretes; Saraceno excepto, tenuiori tantum artemisiæ à Dioscoride hoc tribui putarint, non video; Etenim cum artemesia multicaulis duplex Dioscoridi statuatur, vegeta & tenuior, neque illæ nisi florum virgultorumque amplitudine aut tenuitate inter se differant, equidem flores utrique pares tribui facile cum Saraceno crediderim, quod & ipsa sermonis series satis demonstrare videtur. Caput de artemisia tenui folio, merito à viris doctis Trago, Cordo, Marcello, Cornario, Saraceno, aliisque tanquam spurium & ascititium à Dioscoridis contextu expungitur. Probatur hæc opinio, quod in antiquissimis codicibus, ut & apud Oribasium caput hoc non reperiatur. Accedit quod nullo modo Dioscoridis phrasim redoleat. Adde quod de eadem artemisia ipsiusque viribus præcedenti capite egerit Dioscorides. Nec obest quæ isto capite continentur, totidem verbis reperiri apud Apulejum cap. de artemisia tenuifolia; quod hic auctor multa soleat ex diversis auctoribus in unum compilare, & quandoque homogenea separare. Artemisiam monoclonon, cum botrii planta confundit Plinius lib. xxv. cap. vii. *Eſt autem abſinthii modo fruticoſa, majoribus foliis pinguibuſque. Ipſius duo genera. Altera latioribus foliis, altera tenera & tenuioribus non niſi in maritimis naſcens. Sunt qui in mediterraneis eodem nomine appellent, ſimplici caule, minimis foliis, floris copioſi, erumpentis cum uva matureſcit, odore non injucundo, quam quidam botryn, alii ambroſiam vocant. Talis in Cappadocia naſcitur.* Cum botry confundit monoclonon, quoniam apud Græcos legerat botryn à Cappadocum incolis, tum artemisiam, tum ambrosiam vocari: Cæterum verba Plinii de priori artemisia, corrupta ac depravata admodum sunt. Restituunt ex Dioscoride viri docti. *Eſt autem abſinthii modo fruticoſa, majoribus foliis, pinguioribuſque, & nonnunquam in maritimis naſcens. Ipſius duo genera, altera latioribus foliis, altera tenuioribus.* Et sic scripsisse Plinium, verba ostendunt Dioscoridis: vulgaris artemisia nulli non cognita. Hæc pro soli cœlique ratione plurimum variat, ut rectè observavit Dioscorides: quæ causa est, cur alibi lætior, altior, latioribusque sit foliis; aliis in locis tenerior, humilior, ac foliis tenuioribus conspiciatur. In maritimis nata suavior etiam est. Variat præterea colore caulis & floris. Alteta enim caule & flore rubro purpurascente, seu subpurpurascente est: altera caule ex viridi albicante, vel subpallente, spadiceove. Non desunt qui matricariam pro artemisia habent. Horum error ex eo cognoscitur, quod florem ferat satis magnum, medio luteum, cum artemisia ferat parvum, tenuem, candidum. Folia an satis conveniant, ipsa ocularis ostendet inspectio. Eadem de causa nec tanacetum potest artemisia dici. Flos huic magnus, crassus, luteus. Nec monoclonos artemisia est, quod multis crassis, altis, firmisque assurgat stolonibus, cum monoclonos herbula sit tenuis uno assurgens caule. Nec leptophyllos, quam eo nomine quidam ostendunt; quod odore sit vulgatæ artemisiæ similis, non sampsuchino: Malunt alii deceptum ipsum autorem, qui caput hoc Dioscoridi adscripsit. Quod an verum sit, judicatu admodum est difficile.

CAP.

ΚΕΦ. ΙΘ.

CAP. XIX.

De ſpina, quæ aquam congelet injecta. Deque hibiſco, & Thelyphono, & vi ejus. Item de teſticulo, & quibus herbis magis coire quis valeat, quibus nil penitus. Nec non quæ ad marem procreandum, quæ ad fœminam valere tradantur, atque ideo alteram marificam, fœminificam alteram appellatam. Quo item ſemen prolificum, quo infœcundum reddatur. Tum de herbis volucro, & mula.

Λέγουσι γὰρ ἄκανθάν τινα εἶναι, ἣ πήγνυσι τὸ ὕδωρ ἐμβαλλομένη. πηγνύναι δὲ καὶ τὴν τῆς ἀλθαίας ῥίζαν, ἐάν τις τρίψας ἐμβάλῃ, καὶ θῇ ὑπαίθριον. ἔχει δὲ ἡ ἀλθαία, φύλλον μὲν ὅμοιον τῇ μαλάχῃ. πλεῖω μέντοι καὶ σφοδρότερον. τὸν δὲ καυλὸν μαλακός. αὐθις δὲ * μήλινον, καρπὸν δ' οἷον μαλάχη, ῥίζαν δὲ † ἰνώδη λευκήν. τῇ γεύσει δὲ ὥσπερ τῆς μαλάχης ὁ καυλός. χρῶνται δὲ αὐτῇ πρός τε τὰ ῥήγματα καὶ τὰς βῆχας ἐν οἴνῳ γλυκεῖ, καὶ ἐπὶ τὰ ἕλκη ἐν ἐλαίῳ. ἕτεραν δέ τινα συνεψομένην τοῖς κρέασι ζωοκτόνειν εἰς τὸ αὐτό, καὶ τὰς μὲν πήγνυναι, τὰς δὲ καὶ ἕλκειν. ὥσπερ ἡ λίθος καὶ τὸ ἤλεκτρον. ἔστι τάυτα μὲν ἐν τοῖς ἀψύχοις. τὸ δὲ θηλύφονον. οἱ δὲ σκορπίον καλοῦσι. διὰ τὴν τῶν ῥίζαν ‡ ὁμοίως ἔχειν τῷ σκορπίῳ. ἐπιζυόμενον ἀποκλείειν † σκορπίον. ἐὰν δέ τις ἑλλέβορον λευκὸν καταπάσῃ, πάλιν ἀνίστασθαί φασιν. ἀπόλυσι δὲ καὶ βοῦς ἔστι ζύγια καὶ ποδάτια, ἔστ' ἀπλῶς πᾶν τετράπουν, ἐὰν εἰς τὰ αἰδοῖα πιθῇ ἡ ῥίζα ἢ φύλλον αὐθημερόν. χρήσιμον δὲ πρὸς σκορπίου πληγὴν πινόμενον. ἔχει δὲ τὸ μὲν φύλλον, ὅμοιον κυκλαμίνῳ. πλεῖω δὲ ῥίζαν ὥσπερ ἐλέχθη * σκορπίου. φύεται δὲ ὥσπερ ἡ ἄρχωσις. ἔστ γόνατα ἔχει. φιλεῖ δὲ χωρία σκιώδη. εἰ δὲ ἀληθῆ τὰ περὶ τῶν σκορπίων, ἤδη καὶ τἄλλα οὐκ ἀπίθανα τὰ τοιαῦτα. καὶ τὰ μυθώδη δὲ οὐκ ἀλόγως σύγκειται. ἐν δὲ τοῖς ἡμετέροις σώμασι χωρὶς τῶν πρὸς ὑγείαν καὶ νόσον ἔστ θανατον ἔστ πρὸς ἄλλας δυνάμεις, ἔχειν φασὶν ἃ μόνον περὶ τῶν σωματικῶν, περὶ τὸ γεννᾶν καὶ ἀγονεῖν, ἢ ἔνιάγε ἀπὸ ἕξ αὐτὰ ποιεῖν ἄμφω. καθάπερ ἐπὶ ἕξ ὀρχέως καλοῦμεν. δυοῖν γὰρ ὄντοιν, ἕξ μὲν μεγάλω, ἕξ δὲ μικρῶ, τὸ μὲν μέγα, ἐνεργότερον ποιεῖν πρὸς τὰς ὁμιλίας ἐν γάλακτι διδόμενον αἰγὸς ὀρεινομου. τὸν δὲ ἐλάττω γίνεσθαι ἔστ κωλύειν. ἔχει δὲ τὸ μὲν φύλλον † σιλφῶδες. λειότερον δὲ ἔστ ἐλαττον τὸν καυλὸν ὁμοιότατον † ἀπίῳ ἀπύρῳ, * ἤτοι ἀκάνθῃ. ἄτοπον δὲ ὥσπερ ἐλέχθη τὸ ἀπὸ μιᾶς φύσεως καὶ τῆς αὐτῆς. ἐστὶ τὸ δύο εἶναι τινας τοιαύτας δυνάμεις, οὐκ ἄτοπον, καὶ γὰρ καὶ ἄλλοί τινες ἔστ Ἀρισ τόφιλος ἔλεγεν ὁ Πλαταικὸς ὁ φαρμακοπώλης, ὅτι πρὸς ἀμφότερα δυνάμεις τινὰς ἔχει. πλεῖω μὲν ὡς τε μᾶλλον δύασθαι, πλεῖω δὲ ὡς τε ἁπλῶς μὴ δύασθαι. ταύτης δὲ καὶ τὸ ὅλον δύασθαι πλεῖω ἀδυναμίαν. καὶ γὰρ εἰς χρόνον ὠφελιμένον οἷον δίμηνον ἢ τρίμηνον. ἢ κεχρῆσθαι πρὸς τὰς παῖδας, ὁπότε βούλοιντό τινα κολάσαι καὶ σωφρονίσαι. ἔνια δ' εἶναι καὶ εἰς τὸ ἀρρενογονεῖν ἢ θηλυγονεῖν. διὸ καὶ καλοῦσι * φύλλον, τὸ μὲν ἀρρενόγονον, τὸ δὲ θηλύγονον. ὅμοια δ' ἄμφω καὶ μορφὴν ἔχοντα ὠκίμῳ. ὁ δὲ καρπὸς, ἕξ μὲν θηλυγόνῳ, καθάπερ ἐλαίας † βρύῳ. ὠχρότερος δὲ ἕξ ἀρρενογόνῳ. οἷονπερ ἐλαία ὅταν ἀρτι φύηται ἐκ ἕξ βρύῳ. δικρὺν δὲ ὥσπερ ὄρχεις αἰθρώ-

SPinam enim quandam enarrant, quæ aquam injectam congelet. * Et radicem hibiſci poſſe addenſare ajunt, ſi tritam injeceris: ſub divoque humorem poſueris. Habet hibiſcum malvæ folium, majus tamen ac piloſius: caule molli: flore mellino: fructu malvæ, caulibus proxima. Vſus ejus ad rupta, & tuſſes è vino dulci, & ad ulcera in oleo. Aliam, ſi carnibus concoquas, diſrupta conſtringere, ac veluti conglutinare poſſe affirmant: alias vim attractoriam habere, modo magnetis lapidis, atque ſuccini. Hæc † in inanimibus. Thelyphonum vero, quod alii ſcorpionem appellant, quia radicem ſcorpioni ſimilem habet, admotum ſcorpionem occidere tradunt, & eum reviviſcere poſſe, ſi elleboro candido linatur. Enecat idem & boves, & oves, & jumenta, & ad ſummam omnes quadrupedes eodem die, ſi genitalibus folium, vel radicula imponatur. Proficit potum contra ſcorpionum ictus. Habet folium ‡ tuberis terræ. Radicem (ut dictum eſt) ſimilem ſcorpioni. Naſcitur graminis modo, & geniculis conſtat. Loca amat umbroſa. Quòd ſi vera ſint, quæ de ſcorpione narrantur, jam & reliqua ejuſmodi haudquaquam incredibilia dici debeant: nec fabuloſa, quæ attribuuntur plantarum viribus, ſine ratione excogitata videntur. *Humanis verò corporibus ultra illa, quæ ſanitatem, morbos, mortemque ſpectent, alia quoque herbas afferre ſuis viribus poſſe affirmant, ut puta generandi ſeminis facultatem atque ſterilitatem, & quaſdam ex eodem facere utrumque valere. Sicut qui teſticulus appellatus eſt. Cum enim gemini ſint, alter magnus, alter autem paruus, magnum efficacem ad coitum datum è lacte caprino tradunt, minorem verò obeſſe, ac inhibere. Habet folium laſeris, verum levius, atque minus. † Caulem ſimillimum ſpinæ, quam pirum vocant. Mirum ergo (ut dictum eſt) ab una, eademque natura, diverſitatem tantam virium proficiſci. Nam vim ejuſmodi eſſe duplicem, abſurdum putari minime debet. Tum enim alii quidam, tum Ariſtophilus pharmacopola Plataicus, vires quaſdam compertas ſe habere dicebat, partim, ut quis magis coire valeat, partim ut nihil penitus valeat. Id quoque prorogare plus minuſve temporis poſſe, ceu bimeſtre, aut trimeſtre. Qua quidem herba vel ad temperandos caſtigandoſque adoleſcentes aliquando uti ajebat. Quædam ad procreandum marem aut fœminam valere traduntur. ‡ Quamobrem herbam quandam marificam, & aliam fœminificam vocant. Ambæ verò inter ſe ſimiles, & ocimi ſpecie. Fructus fœminificæ inſtar muſci oleaginei, verum pallidior. Marificæ vero, ſicut oliva cum primum ex muſco emergit, geminus inſtar teſticulorum hominis. Ne ſemen fœtificum ſit, fructum ederæ candidæ facere ajunt. Contra ut

* *Aſunt & althææ radicem addenſare, ſi quis tritam aquæ injecerit, & ſub dio poſuerit. Habet althææ malvæ folium, majus tamen & hirſutius. caules molles florem nigrum. fructum malvæ, radicem viſcoſam albam. guſtu malvæ caulē proximam uſus ejus ad rupta.*

† *Inanimis.*

‡ *Cyclamini.*

* *Humanis verò corporibus præter ea quæ ſanitatem morbos, mortem, aliaſque hujſmodi ſpectant vires; alia quædam reperiuntur, quæ non tantum ad corpus, ſed etiam ad generationē & ſterilitatem, nec non ad utrumq; apta ſunt.*

† *Caulem ſimillimum acanthæ quam herpacantham vocant. Abſurdum (ut jam dictum eſt) videtur ab eademque naturā hoc evenire poſſe; ſed minime præter rationem hoc in duabus diverſis reperiri herbis. Etenim inter cæteros Ariſtophilus.* ‡ *Quare phyllon aliud mariparum aliud fœminiparum vocant, ſimilia ambo & ſpeciem habentia ocimi. Fructus fœminipari eſt inſtar βρύου oleæ virentis, viridior tamen; maripari verò inſtar oleæ jam primum ex muſcoſo flore emergentis & geminus teſticulorum hominis modo.*

πων. πρὸς δὲ τὸ μὴ γόνιμον εἶναι τὸ σπέρμα, τῷ λευκῷ κιττῷ τὸν καρπὸν φασι. πρὸς δ' αὖ τὸ γόνιμον, τὸν τῆς † κραταιγόνου καρπὸν ἐν ὕδατι.* φύεται δὲ τοῦτο ὥσπερ λίνον πύρινον. ὁ δὲ καρπὸς οἷον κέγχρος, ἀδυνατεῖν δέ φασι γεννᾶν, & ἑαυτὸς τὸ κλυσμὸν τὸν καρπὸν πίνῃ σωφρόνως † τριάκοντα ἡμέρας ἐν οἴνῳ λευκῷ, συλλέξας ὅσον χύνικα τὸ ἴσον αὐ' ἑκάστην ἡμέραν. ἐαὶ γὰρ ἐκτελέσῃ τὴν πόσιν, ἀγονεῖν τὸ ὅλον. τῆς δ' ἡμίσους τὸ φύλλον ταῖς γυναιξὶν εἰς τὸ † ἀγονεῖν. μίγνυσθαι δέ φασι καὶ τῆς ὁσμῆς τοῦ ἡμίσους καὶ τοῦ σπέρματος. ὅμοιον δὲ τὸ φύλλον * σκολοπενδρίῳ. ῥίζας δὲ † λεπτὰς ἔχει. ὀρεινὰ δὲ χωρία φιλεῖ καὶ πετρώδη. χαίρειν δὲ σφόδρα καὶ τῷ ‡ ἡμίονον αὐτῷ. χρῆσθαι δὲ & πρὸς τὰς σπλῆνας ὥσπερ τῷ κλυσμένῳ.

prolificum sit, fructum * cratæi ex aqua conferre notant. † Nascitur id lini modo ruffum: & fructum tanquam milium fert. ‡ Gignere nequaquam posse putatur, & qui semen volucri ad sextarii mensuram collectum, triginta assidue diebus portionibus æquis biberit ex vino albo. Sic enim penitus sterilescere hominem ajunt. Folium herbæ quam mulam vocant, sterilitatem mulieribus facere volunt. & aliquid ungula ac seminis muli animalis miscendum præcipiunt. Folium habet simile illi quam cervinam linguam vocant; radice numerosa & tenui. Montanas planities, & saxosas amat. Mulas hac herba plurimum delectari affirmant. Usus etiam ejus ad lienes, quemadmodum * volucri.

‡ κραταιγόνου.
* φύεται δὲ τοῦτο ὥσπερ λίνον. ὁ δὲ καρπὸς οἷον κέγχρος, πυεῖνες. ἀδυνατεῖν.
† τριάκοντα ἑπτὰ ἡμέρας ἡμισείας.
‡ ἀγονεῖν ποιεῖ φασί.
* τῇ σκολοπένδρῳ.
† λεπτὰς καὶ πολλὰς ἔχει.
‡ ἡμίονον.

* *Cratægoni.*
† *Nascitur id lini modo, fructum milio similem fert, igneo fervore præditum.*
‡ *Gignere nequaquam posse ajunt eum qui clymeni fructum biberit continuo triginta septem diebus in vino albo, collectum sextarii mensura, æqualibus quotidie portionibus: hac enim potione absoluta penitus sterilem fieri hominem tradunt. folium hemionis sterilitatem mulieribus adferre ajunt. Miscendum autem esse aliquid ungulæ muli & pilli ejus. folium habet scolopendræ simile, radices tenues & numerosas, loca montosa & saxosa amat.* * *Clymeni.*

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Φύλλον ὅμοιον τῇ ἡμιόνῃ. *Mihi non videntur similia folia Malvæ, & Bismalvæ. Itaque Taurini Malvam vocant, Rotundellam. Theodorus post illa,* κραμβὸν δ' οἷον μαλάχῃ, *addidit*: caulibus proxima, *quæ mihi non intelliguntur. Verùm puto codicem mendosum. Hæc enim desunt.* ῥίζαι δ' ἰνώδη λευκήν. τῇ γεύσει δ' ὅμοιος τῷ μαλάχης ὁ χυλός. *Saporem narrat: quia cauliculis Malvæ, sicut & nos nunc, pro Asparagis vescebantur.*

Σωματοῦσθαι τοῖς κρέασι, ζωμάττειν εἰς τὸ αὐτό. Καὶ τὰς μὲν πληγὰς. τὰς δὲ καὶ ἕλκεσι, ὅμοιος ἡ λίθος. *Theodorus, aliam*; si carnibus concoques, in idem aggregare, ac veluti conglutinare posse affirmant: alias vim attractoriam possidere. ζωμάττειν εἰς τὸ αὐτό. *non est aggregare: Aggregantur enim, quæ postquam aggregata sunt, etiamnum discreta manent, sed quod postea subjunxit*: conglutinare. *Quod verbum si ad illud significandum comparavit: desit quod ponas pro eo, quod sequitur.* πληγάς. *Dispicies verò, an τὸ πληγάς, & τὸ ἕλκεσι, ad carnes tantùm referenda sint. Nam minus propriè dicas,* πληγάς, *de consolidatione. Item observabis tempus verbi* ζωμοῦσθαι. coquendam: *ut* volvenda dies, *apud Poëtam. Theodorus autem illusit nostris auribus illa vastitate,* In inanimibus.

Τὸ δὲ ἡλύφοντος. *Placet hinc aliud inchoare caput. Agit enim nova historia de his herbis, quarum efficaciam experimur in corporibus animatis: itaque transitum orationis fecit illis verbis:* & τοῦτο μὲν ἐν τοῖς ἀψύχοις.

Οὐκ ἀλόγως σύγκεινται. *Quanquam videntur fabulosa, tamen eo usque hærent rationi, ut fidem faciant. Theodorus,* ἀλόγως, brutè. *brutè profectò est interpretatus.*

Ἐν δὲ τοῖς ἡμετέροις. *Aliud caput si feceris, non labêre. Transit enim ad hominem.*

Οὐ μόνον δὲ τὸ σωματικῶν. *Theodorus hæc omisit. Et tamen in calce capitis vicesimi,* Ἀλλὰ μὲν δὴ ἄντικα δυνάμεις πρὸς τὸ σῶμα, & ἐν σωματικοῖς. *Idem post illa:* πρὸς τὸ γεννᾶν, καὶ ἀγωγεῖν *addidit,* semen, *sic*: Generandi seminis facultatem. *Verùm non est ad generandum semen, in verbis illis; sed ad generandum semine. Neque enim quodvis semen generatum, generat. Itaque infrà,* πρὸς τὸ γόνιμον ποιεῖν τὸ σπέρμα. *Non dicit simpliciter:* πρὸς τὸ ποιεῖν τὸ σπέρμα.

Ἔχει δὲ φύλλον σιλφιώδες. *Nihil ineptius, quàm docere testiculi folia, per rem & ratam & non notam omnibus. Præterea Dioscorides huic oleæ folia attribuit. Laseri, apio, similia omnes. Nescio an sit mendum: & legendum,* ἰλαιώδες.

Ὁμοιότατον ἀπίῳ, ἀπίῳ, ἤτοι ἀνήθῳ. *Theodorus legit* ἀπίῳ τῇ ἀνήθῳ.

Ἄτοπον δέ, ὥσπερ ἐλέχθη, τὸ ἀπὸ μιᾶς φύσεως, καὶ τῆς αὐτῆς. *Videtur, inquit, absurdum: ab una, eademque natura hoc evenire posse. Scilicet ut contrariis polleat potestatibus. Addidit* τῆς αὐτῆς, *ut intelligeret speciem ultimam: non autem eam, quæ in alias dividi possit. Hæc cùm dixit: subdit.* ἐπεὶ τὸ, δύο εἶναι τινὰς τοιαύτας δυνάμεις, ἐκ ἄτοπον. *Theodorus,* Nam vim ejusmodi esse duplicem: minimè absurdum putari debet. *Ergo manifestissimè contradicit sibi. Supra enim* ἄτοπον, *esse duplicem. hic esse duplicem;* ἐκ ἄτοπον. *Ne dicas hic,* δύο, duplicem: *sed* duas. *Duplex enim potestas in principe eodem est: damnandi, & ignoscendi. At hoc in herba illa videbatur* ἄτοπον. *in duabus autem diversis herbis, non est* ἄτοπον. *Quia non est duplex, sed simplex in singulis, sua cuique: altera alteris contraria.* ἀπὸ μιᾶς, ἄτοπον: ἀπὸ δυοῖν, ἐκ ἄτοπον. *Ne prætereas facetam illam orationem. Atticum est,* δύναμαι, δύναμαι, & *alia ejusmodi. At philosophus,* δύναται τῷ ἀδυναμίαν. posse impotentem veneris efficere. διὸ καὶ φιλεῖ φύλλον. *Theodorus, herbam, interpretatus est. Iam supra monuimus.*

Ἐαὶ γὰρ ἐκπλέσῃ τὴν πόσιν. *Theodorus omisso Atticismo* λακωνικώτερον *incluſit per: Sic.*

Τῆς δὲ ἡμίσους καὶ τῆς δὲ σπέρματος. *Theodorus legit,* ταῖς σπέρματος. *Plinius omisit. Notabis hic Scolopendrium à Theophrasto foliis non polypodii, sed longis describi. Itaque rectè linguam cervinam interpretatus, malè reprehenditur, Theodorus. Nam Hemiono folia longa cum agnoscat Dioscorides: etiam longa erunt Scolopendrio. Habes apud Dioscoridem longas duas: Hemionitin, & Phyllitin. Hic totidem ejusdemmodi: Hemionon, & Scolopendrion. Quare inter fidem Græcam multa nobis fluctuatio. Animadvertes etiam ad Lienes usum clymeni: quem Dioscorides non posuit. Et contemplaberis an conferre queat. Refrigerat enim: &, quod plus est, inspissat.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIVS.

Λέγεται δὲ ἄκανθαν. Quæ spina sit cujus mentionem facit Theophrastus asserere nequeo. Nec tantum interesse puto, ut quis habeat ejus cognitionem, maximè cum ex aliorum id referat opinione.

Ἀλθαία vel ut constanter apud Galenum legitur ἀλθέα ab ἄλθω remedium, vel ἀλθαίνειν medendo nomen accepit. Dioscorides lib. III. CLXIII. ὠνόμασται ἡ ἀλθαία, ἀπὸ τοῦ θολοῦσθαι & θολοῦσθαι αὐτῆς. *Althæa verò nomen inditum illi est, à multiplici excellentique, quam in medendo præstat utilitate.* Plinius lib. XX. cap. XXI. ἀφισταλθαίαν eadem de causa dictam refert. *E sylvestribus cui grande folium (*rectius *molle folium) & radices albæ, althæa vocatur, ab excellentia effectus à quibusdam aristalthæa.* Sed corruptum Plinii codicem viri docti existimant, ac restituunt ex lib. XX. cap. IV. *Pistolochia,* sed cur vulgatam lectionem rejiciam, non video. Supra cap. XV. Malvam sylvestrem vocari tradidit Præceptor. Dioscorides non malvam sylvestrem nuncupari, sed speciem *genus* ejusdem esse dicit. Ἀλθαία ἔνιοι δὲ ἴδιόν τινα καλοῦσι μαλάχης ἐστὶν ἀγρίας εἶδος *althææ, quam nonnulli ibiscum vocant, malvæ sylvestris species est.* Doctissimus Gaza *hibiscum* interpretatur, cum fine aspiratione legatur, non tantum apud Dioscoridem, sed etiam apud Palladium Octobri titulo XIV. *Althææ hoc est ibisci folia vel radices, aut ejus caulem tenerum decoctum*, &c. Apud Virgil. & Plinium tamen hibiscum legitur. Apud Virgilium Ecl. ij. & x.

Atque

Atque humiles habitare casas, & figere cervos,
Hædorúmque gregem viridi compellere hibisco.
—— & gracili fiscellam texit hibisco.
Apud Plinium verò lib. 20. cap. 4.

Pastinacæ simile hibiscum, quod molochen agrian vocant, & aliqui pistolochiam. Idem ferè repetit lib. XIX. cap. XV. *Hibiscum à pastinaca gracilitate distat, damnatum in cibis, sed medicinæ utile.* Aut hibiscum differens est ab ibisco sive althea, aut vehementer errat Plinius. Nec folio, nec caule, nec radice, nec flore althæa refert pastinacam, uti ex descriptione quilibet facile animadvertet. Mendi etiam non videtur suspicio, quod duobus diversis locis idem repetat. Putant viri docti elaphoboscum vel intelligere vel scripsisse Plinium. Hoc nemo molochen agriam vocari tradidit, neutrum pistolochiam. Restituunt postposita conjunctione, *aliqui & pistolochiam*, vel sine & *aliqui pistolochiam.* Quid velint ignoro: nec quomodo Ibiscum sive altheæ, vel elaphoboscо nomen hoc conveniat video, ut ut sit Dioscorides & Palladius ibiscum scribunt, Apud Galenum ἴβισκος littera σ quod mendi omnis suspicionem tollit, legitur. ἴβισκος ἡ ἀλθαία, (vulgo ἀλθέα) ἔστι δὲ μαλάχη ἡ ἀγρία διαφερουσα. Idem apud Suidam legitur, ἴβισκος κατὰ ἰατρους ἡ μαλάχη ἡ καὶ ἀλθαία λεγομένη. Apud ipsum etiam Dioscoridem ἴβισκον lib. VI. cap. LXII. legitur τὸν μιζὸν τῆς ἀλθαίας, ὃν ἴβισκον ὀνομάζουσι ῥωμαῖοι, Recte restituit interpres Doctiss. Cornarius Galeni locum lib. I. κατὰ τόπους cap. I. circa finem. Vulgo legitur τῇ τῆς ἀλθέας σὺν ἐφθοῖς ῥίζῃ κατάχρει. Recte inquam interpres, τῇ τῆς ἀλθαίας ἢ τοι ἰβίσκου ῥίζῃ κατάχρει. Apud Galenum lib. XIV. Metho. cap. V. ἀνανδρομαλάχην dictâ legimus altheam ἃ δὲ τῶν γῦν ἐν τοῖς πολλάκις εἰρημένοις τῷ μετοπῷ, καὶ τῶν ἀφ' ἑαυτῶν ἀναδενδρομαλάχην ἢ ἀλθαίας (ἀλθέας) ἐχρησάμην. ὀνομάζεται δὲ αὕτη ἀναδενδρομαλάχη οἱ πολλοί. *Ego namque ejus rei causa, in medio tempore cataplasmate, ex Althææ sum usus, vocat autē hanc vulgus anadendromalachen.* Cassianus Bassus, quem Geoponicōn auctorem esse dicimus. lib. XV. cap. V. ex Didymi auctoritate. Si non corruptus sit codex. *dendromalachen* vocat. Χρὴ δὲ κοπρῷ βολοῖτε σφαπιλωσειν ἑαυτους, ἢ μαλύχης ἀγρίας ἄρξειν, ἢν δενδρομαλάχην καλεῦσι. *Cæterum bubuli fimi fumo ipsas expellere oportet, aut malvæ sylvestris masculæ suffitu quam dendromalachen Græci appellant.* Supra malvam sylvestrem altheam vocari ex Theophrasto probavimus (Officinæ bis malvam vocant, quasi malvam ibiscum malvaviscū. Narrat Præceptor, quomodo aquam addenset. quod etiam posteritati reliquit Dioscorides: πήγνυσι δὲ ἡ ῥίζα (vetus addit χλωρὴ) καὶ ὕδωρ μιγεῖσα λεῖα καὶ συνεξαιθεμενδεισα. *Cæterum ipsa radix aquam addensat & coagulat, siquidem trita illi admixta, simulque sub dio posita fuerit.* Plinius loco citato. *Mirum aquam radice ea addita addensari sub dio atque lactescere, efficacior autem quo recentior.* Fallum est lactescere. Depravatus est codex scribunt *coalescere* aut *lentescere*, *glacescere* in Salmanticensi codice, teste Pin. tiano, legitur. Cæterum coagulat vel addensat aquas, ratione lenti glutinosique succi (muccaginem vocant) quem altheæ radix infusa ex sese remittit, & in aquam deponit. Luculenter à Theophrasto describitur. Sed verba ejus diligenter examinanda. *Folia*, inquit, *esse malvacea; majora tamen ac hirsutiora.* Acutissimo Philosopho non videntur similia esse malvæ, & bis malvæ folia, meo tamen judicio, non ineptè iis comparari possunt, Quod intuenti malvæ figurā ostendunt. Lenia sunt & ambitu modice serrata, sed oblongiora, incana, nonnihil tomentacea, ad populeam frondem accedentia. Dioscor. cyclamini comparat, φύλλα ἀσφιφῇ, ὥσπερ κυκλαμίνου ἴγχεα. *Foliis ut cyclamini rotundis, lanuginosis.* Non sunt tamen ut rotundi cyclaminis, orbiculata, sed oblongiora. Rectius itaque (inferet quis) cyclamini, alteri, quod hederæ folia vocant, comparari possunt, sed angulosa non sunt, uti istius cyclaminis folia, iis tamen comparari melius possunt. Caulem esse mollem Theophrastus ait, quod nemo qui viderit, inficias ibit. Ejus magnitudinem non recensēt Theophrastus, facit id Dioscorides, καυλὸν, inquit δίπηχυν, Alter codex καυλὸν δὲ πηχυαῖον. τρίπηχυν Oribasius & Serapio. Utram lectionem eligas, perinde est. Pro soli ratione, magnitudine variat. vidi cubitali tantum, vidi bicubitali & majore; tricubitalem quæ attigerit altitudinem, non memini me vidisse. *Florem*, inquit μίλανον. In Ald. Germanico & Lugdunensi Bat. codice legitur μήλινον. Quomodo Doctiss. etiam legit Gaza. Scio reperiri althæam flore luteo, quam abutilon vocant. Sed hæc Theophrasti esse nequit; quod radix lentore ac visciditate careat, quā aquas densare possit. Atqui vulgaris florem fert candidum, fatemur hoc, est tamen Theophrasti. Nigrum hujus florem dixit quod flos sit, nonnunquam candidus non raro ex albido dilute purpurascens. Tales flores nigros à veteribus dici; alibi abunde probavimus. *Roseum*, inquit Dioscorides esse florem. ἔχει δὲ ἄνθος ῥοδοειδές. Hoc de forma, non colore, intellige; Sylvestris enim rosæ figura est, paulo tamen minor, quinqueuncialibus foliolis constans, in quorum medio parvum nucamentum, julo simile, colore rubescens, unde forte nigrum florem dixit Theophrastus. In vulgatis codicibus de radice hæc leguntur. ῥίζαν δὲ ἐνδὴν λευκήν. Fibrosa, ac venosa radix. Hæc inepta est ad coagulandas. Lego ergo ex Dioscoride ἰξώδη. ῥίζαν δὲ inquit γλισχρὰν, λευκὴν ἐνδεῆ. *Radice lenta, glutinosaque intus alba.* ἰξώδη idem quod γλισχρὰν, ixos sive viscum, unde ἰξώδης viscosum & glutinosum quilibet novit. Radicibus althæa nititur diuturnis; ab uno trunco descendentibus, cubitalibus, pollicis aut digiti crassitudine, foris subpallidis, intus autem candidis, lentis, viscido, lento, glutinoso, dulci succo præditis. Ex radice saccharum præparatur althææ, pharmacopoeis paratu difficile. *Sapore*, inquit, *esse ad instar caulis malvæ.* Sanè hic est viscidus, lentus, & dulcis. Semen malvæ comparat; quod sit latum, parvum, centro cuidam circumpositum, ad instar malvæ, quodque detracto cortice nigricat. Cæterum ad tussim ructumque saccharum althææ à medicis non sinè magno ægrorum solatio præscribitur. Hic historia adnectenda alceæ, quod congener althææ sit; hinc vulgares herbarii τυφλῶν ὁ δηγὸς τυφλοὶ, ab eadē alceam non disparant. Ab Empiricis & Othone Bunsfelsio herba simeodis dicitur. Nomen alceæ ἀλκὴ τὴν ἀλκὴν à robore, præsidio, remedio, quod fortiter dysentericis ac ruptis medeatur impositum. Describitur à Dioscoride lib. III. cap. CLXIV. ἀλκέα δ' αὕτη εἶδός ἐστιν ἀγρίας μαλάχης, ἴσχουσα φύλλα ἐπεχόμενα ὡσὶ τὰ τῆς ἱερᾶς βοτάνης· καυλὸς γ' ἢ ὀλίγον ἔχοντα καινάδες ὠφελιμώτερον, ἄνθος (hæc de flore verba in veteri non reperiuntur, verum margo vetus habet ὡς μαλάχη μικρότερον δὲ) μικρὸν, ἐμφερὲς ῥόδῳ. ῥίζας λευκὰς, πλατείας, (quidam πλαγίας) ἃ ἢ ἓξ ὅσον πήχεως, ἄπεπτος οἶνῳ ἢ ὕδατι πινόμενος, δυσεντερίαν δ' ῥήγματα ἰᾶται. *Alcea & ipsa sylvestrium malvarum generi assignatur, folia verò habet divisa, verbenacæ proxima: caules tres aut quatuor cortice cannabino vestitos: florem parvum, rosæ simulem, radices albas, latas, quinque sex fere cubitales, quæ quidem cum vino aut aqua potæ, dysenteriæ ruptisque medentur.* Eadem fere Plinius nisi quod ἀντὶ πλατείας πλαγίας, legerit, cum Serapio vulgatam defendat. Hic enim lib. 27. cap. 4. *Alcea folia habet similia verbenacæ, quæ & perisiereon cognominatur, caules tres aut quatuor, foliorum plenos, florem rosæ, radices albas, cum plurimum sex cubitales, obliquas, nascitur in pingui solo, nec sicco. Usus radicis ex vino vel ex aqua dysentericis, alvo citæ, & ruptis & convulsis.* Cæterum apud Æginetam non ἀλκέα, sed ἀλκαία legitur. Ἀλκαία propriè est cauda leonis, ἀπὸ τοῦ δι' αὐτῆς ἰὼς ἀλκὴν πέπιθειν. *quod leo converberando se cauda, stimulandò in prælium excitetur.* A robore itaque, si codex à mendo liber, & hoc nomen impositum. Ἀλκαία εἶδός ἐστι καὶ αὕτη τῆς ἀγρίας μαλάχης. σὺν οἴνῳ δὲ πινομένη δυσεντερίας καὶ δήξεις ἰᾶται, καὶ μᾶλλον ἡ ῥίζα αὐτῆς. *Alcæa sylvestris malvæ genus est, in vino pota intestinorum torminibus & erosionibus (vel morsibus) medetur, multo magis ipsius radix.* Corruptus codex, legendum ex Dioscoride & Plinio ῥῆξεις *ruptis.* Solet enim Ægineta, quæ à Galeno de plantarum viribus prætermissa sunt, ex Dioscoride totidem exscribere verbis. Docti quidam botanici, & alceam & sylvestrem cannabin eandem esse asserunt plantam, idque quod eadem sit cannabis hujus & alceæ apud Dioscoridem delineatio, atque ita Dioscoridem unam eandemque plantam bis diverso tamen nomine delineasse. Hujus cannabis sylvestris descriptio est apud Dios. lib. III. cap. CLXVI. Κάνναβις ἀγρία ῥαβδία φέρει ὅμοια τῆς τῆς ἀλθαίας, μελάντερα, ὃ καὶ τραχύτερα (Mari. παχύτερα) δὲ μικρότερα, τὸ δὲ ὕψος πήχεις. τὰ δὲ φύλλα ὅμοια τῇ ἡμέρῳ (τραχύτερα Conclusa non habet vetus) δὲ καὶ μελάντερα) αὐξη ὑπέρυθρα, λυχνίδι ἐμφερῆ. σπέρμα δὲ ῥίζαν ὅμοια τῇ ἀλθαίᾳ —— δὲ ὁ ἀπὸ τούτης δὲ φλοιὸς ἐνδυτος ἰσχυρὸν. *Sylvestris cannabis virgulas profert quales Althæa, sed nigriores, asperiores, ac minores, cubiti altitudinem æquantes, foliis sativæ, asperioribus tamen ac nigrioribus: floribus lychnidis, subrubris, semine & radice althææ, sed & hujus cortex torquendis funibus est accommodatus.* Hæc, inquiunt, descriptio ipsi alceæ vel maxime re-

respondet. Caule foliisque non albicat, sed viret, atque idcirco utraque nigriora quam althææ flos, qui agrestis malvæ primæ, & lychnidi sativæ, & sylvestri rosæ comparari potest. Reliqua althææ similia perhibentur. Quid ergo restat, nisi ut cannabis sylvestris, & alcea eadem sit stirps, à Dioscoride bis sub diversis descripta nominibus, præsertim cum & ipsa alcea convestiatur cortice cannabino simili. Fateor & cannabis sylvestris & alceæ historiam in plurimis convenire, in omnibus nego. Etenim cannabis sylvestris sativæ similia habet folia, verbenæ alcea. Caules alcea fert rotundos, erectos, cortice vestitos lento, quique in stamina veluti cannabis diduci queat. Circa hos folia profundis incisuris quinquepartita, flos qualis malvæ sylvestris semen orbiculatum, rotundum, compressum, radix prolixa, mediocris crassitudinis, intus albicans.

Plantam de qua scribit præceptor, coctam cum carnibus, disrupta conjungere, ac veluti conglutinare, supra diximus ex Hippiatri auctoritate, & symphyton sive polygamum hac facultate pollere. Sed de hac planta non sunt intelligenda verba hæc Theophrasti, quod ex Apollonii loco supra cap. XIII. citato constare arbitror. Glycyrrhizam, quam thapson nuncupari diximus, intelligit præceptor, quam lentam & viscidam, maximaque condensandi vi præditam esse, supra diximus. Sed utrum ad se trahat, uti magnes ferrum, aut succinum paleas, dicere non ausim.

Οἱ ὁ Σκορπίον. Supra utrum scorpion aconiti genus sit disputavimus, nunc ejus hoc loco historiam enucleabimus. Cur scorpium dicatur ipse satis exponit Theophr. Plinius lib. XXVII. cap. III. *Radix incurvatur paulum, scorpionum modo; quare & scorpion aliqui appellavere.* Idem lib. XXV. cap. X. *Thelyphonon herba ab aliis scorpion vocatur, propter similitudinem radicis, cujus tactu moriuntur scorpiones.* Thelyphonon cur appelletur, non exponere videtur Theophrastus; attamen ex verbis ejus colligi satis potest, inde nomen illud acquisivisse, quod, tactis scilicet genitalibus feminei sexus animalium, eodem die mortem inferat. Nicandri Scholiastes Θηλυφόνον ὅτι ἐὰν ἅψηται μορίῳ θήλεος ἀμφοῖν τὸ ζῶον πυτιός φησι θήλεος· ἰὸς τὴν φύσιν ἐπῃμένον τὸ ἀκόνιτον φθορᾶς αἴτιον γίγνεται. Plin.

fues, lupos, ac ferarum genus omne, carnium fruſtulis inditum & appoſitum. Plinius loco citato. *Quod ſi quis illa fortè ab homine excogitari potuiſſe credit, ingratè Deorum munera intelligit. Tingunt carnes aconito, necantque guſtatu earum pantheras; niſi hoc fieret, repleturas illos ſitus. Ob id quidam pardalianches appellavere. At illas ſtatim liberari morte, excrementorum hominis guſtu, demonſtratum. Quod certè caſu repertum quis dubitet? Et quoties fiat etiam nunc, ut novum, naſci, quoniam feris ratio & uſus inter ſe tradi non poſſit.* Unde poſtrema hæc habeat Plinius, ignoro, nihil tale apud Theophraſtum, nihil apud Dioſcoridem, Galenum, cæteros. Dioſcorides miſceri medicamentis ait, oculorum doloris levandi vi præditis, μίγνυται ὃ ἐ ὀφθαλμικαῖς ἀναδύσεις δυνάμεσι. Plinius lib. XXVII. cap. XIII. *Sed majores quoque oculorum medicamenti aconitum miſceri, ſaluberrime promulgavere, aperta profeſſione, malum quidem nullum eſſe ſine aliquo bono.* Et hæc de aconito veteres. Falluntur qui Paridis herbam pro aconito oſtendunt. Nullam radix ejus ſimilitudinem caudæ ſcorpionis, vel ipſius ſcorpionis aliquam habet effigiem, nec folia cyclamen ſatis referunt, lævia ſunt, nullo modo aſpera, aut hirſuta, nec ut vult Plinius, ſtatim à radice prodeuntia; ſed in medio ſui caulis habent originem, ad hæc non deleteria, ſed ſalutaris eſt planta, quæque adverſus morbos malignos præſcribitur. Belgæ **Wolf-bezien**/ uvam lupinam, & **Spinnehoppen**/ araneam vocant; ab ementita araneæ forma, quam bacca una cum reflexis exiguis alabaſtris, per maturitatem exprimit. De hac plura non libet dicere, nemini enim non cognita. Nec Thora, de qua ſupra pluſcula diximus, pardalianches aconitum eſt, quod radix nullam aconiti referat ideam, folium præterea medium cingit cauliculum, cum ſtatim à radice exire ſcribat Plinius. Quod Mathiolus aconiti nomine depinxit; an ſit in rerum natura, dubitant doctiores. Integram plantam in appendice ſuæ hiſtoriæ à Trevirenſi ſeplaſiario ſe nactum teſtatur Lugdunenſis, in cujus horto plantæ aliquot annis vivunt, & in Allobrogibus naſci. Figuram ſimilem habet, ſed ramulum floribus onuſtum adpingit. Penes auctorem ſit fides, nunquam vidi tale aconitum, non tamen dari, aſſerere nequeo. Alii doronicum vulgo dictum pro aconito verò pingunt; hujus radix variat admodum; modo ipſum ſcorpionem, modo ejus caudam tantummodo refert; Foliis exit à radice ſubrotundis, latis, è virore candidis, mollibus, tenuique hirſutie pubeſcentibus, hederę cujuſdam ac rotundi cyclaminis forma, ſed ampliioribus, & ad cucumeris magis accedentibus; hujus tamen & minoribus & molliorihus; Caulis dodrantem ſuperat, & ipſe lanugine haud carens, ſtriatus, quaſi multiangulus, alioqui rotundus, qui in pauculos diviſus ramulos, ipſis faſtigiis flores promit chryſanthemi æmulos, & medio videlicet diſco, & orbiculato ambitu luteos, qui in tenues ac candidos pappos reſolvuntur, ac exigua nigricantia habent ſemina, radiculæ haud magnæ, ſed, uti pictura oſtendit, admodum variantes. Officinæ hanc plantam doronicum vocant. Arabum tamen doronicum ab hoc diverſum videtur, quod calidum & ſiccum, ordine tertio deſcribitur à quo temperamento hujus multum abſunt radices. Nulla etenim amaritudo, nulla acrimonia, nec ſimilis aliqua guſtabilis qualitas in iis ſentitur; quæ tam intenſe vel calidas vel ſiccas oſtendere queat. ſed dulcis guſtanti apparet. Dulcedo autem non exceſſum caloris vel ſiccitatis, ut recte doctiſſ. Dodonæus oſtendit, ſed temperiei medię ac temperatæ propria eſt. Quæritur tamen, utrum aconitum, ſive ſcorpium veterum ſit; Quin forma ſatis conveniat, in dubium non vocatur; ſolum facultas qualitaſve obeſſe videtur. Refert Geſnerus in epiſtola quadam ad Occonem, ſe radices hujus recentes ſiccas, integras, melle conditas, in pollinem tritas ſæpe ingeſſiſſe, neque ullam inde mutationem ſenſiſſe. Bifariam tamen reſponderi poteſt, dum recens eſt ac viride venenum eſſe, at ſiccatum illud deponere. Coriandrum viride non ſine periculo comeditur, ſiccum verò innocens eſſe, alibi diximus; Vel reſponderi poteſt, animalibus venenum quidem eſſe, ſecus homini. Plutarchus ſympoſ. lib. I. quæſt. VI. Τεκμήριον δὲ ἓ λόγε μέγα τὸ συμβαῖνον. ὥσπερ τοὺς ἀλώπεκας, ἂν, ὃ ἀμυγδάλας πικρὰς φαγῶσιν, μὴ ἐπιπίωσιν ὑποθήκησι, τῶν ὑγρῶν ἀθρόως ἀπολειπόντων. *Magnum autem hujus rei argumentum eſt id, quod vulpibus uſu venit. quæ ſi amygdalas amaras edant, neque ſtatim aquam lambant, mori; humore illico omni conſumto.* Experimento etiam certum habent adverſariorum auctores, vulpes aloë interfici: utrumque hominis ſaluberrimum. Sic nuces vomicæ feles, canes, aves, piſces interimunt, quæ tuto & magno commodo, adverſus lethiferos & epidemicos morbos in electuariis liberantis, & de ovo Philoſophico dicto dantur hominibus. Coronidis loco hiſtoriam, quam narrat Mathiolus, addam: verba ejus ita habent, Ille (Iacobus Antonius Corthuſus) *me primum admonuit doronicum inter aconiti genera eſſe recenſendum, quod certo ſciret, facto à ſe pluries periculo, extingui facile canes, qui horum radices devorarunt. Vix ego id credere poteram, ſed interim datis cuidam meo cani vulgarium doronicorum quaternis drachmis, crudis carnibus occultatis, is poſt ſeptimam horam obiit. Sed id mirum profecto mihi fuit, quod ipſemet canis toto illo tempore, quo ſupervixit, alacer, lætus, ac hilaris ſe ſemper habuit, nihilque ſymptomatis paſſus eſt; immo, quod majus dici poteſt, quadam cum domeſtica canicula pluries venerem exercuit, & cænantibus nobis aviditſimè comedit. Quo factum eſt, ut ego crederem, me hoc facto periculo fruſtratum iri. Atqui paulo poſt, præter omnium noſtrum ſententiam, is repente admodum, ac ſi morbo comitiali percuſſus eſſet, totus in terram occidit, ubi horrendo ſpaſmo correptus, ſpumanti ore, paulo poſt convulſus interiit.* Hactenus Mathiolus.

Ἐν ᾧ πῶς ἡμιτέρους. Docet Præceptor medicamenta non tantum ad corpus, puta morbos, ſanitatem, mortemque, nec non generationem conferre; ſed etiam ad animum, de hoc poſtremo agit. cap. XXI. tamdiu hæret in explicandis quæ ad generationem pertinent, primoque loco orchidem recenſet, de qua nobis hoc loco ſermo.

Τῆ ὄρχεως. Orchis unde dicatur, conſtare arbitror, à teſticulorum ſcilicet figura. Orchidis unum genus deſcribit præceptor, duo Dioſcorides, infinita recentiores. Quæ de orchide tradit Theophraſtus, corrupta ac depravata ſunt. φύλλον ſcribitur σπλφώδες uterque interpres, *ſolium laſeris.* Laſeris folia ſelino non diſſimilia ſunt, qualia nullo orchidis ſunt generi. Omnino reſcribendum Σκιλλώδες. Plinius lib. XXVI. cap. X. *Quidam folio ſcillæ eſſe dicunt, læviori ac minori, caule ſpinoſo.* Poſtrema hæc verba viris doctis errandi occaſionem præbuerunt. In vulgatis Theophraſti codicibus, ἀπίῳ ἀπύρῳ ἤτοι ἀκάνθῃ ſcriptum eſt, quod Gaza *caulem ſimillimum ſpinæ, quam pirum vocant.* Græca hæc non capio, & abſurda eſt Latina verſio, Corrigunt. τὸ δὲ καυλὸν ἀκανθώδη ὁμοιότατον ἀπίῳ, vel καυλὸν ἀκανθώδη ὄρχιν ὁμοιότατον ἀπίῳ. *Caulem ſpinoſum orchim ſimillimam piro.* Utrumque ex mente Plinii, ſed præter Theophraſti & veritatis rationem. Corrigunt alii ἀπίῳ ἢ τι πυρακάνθῃ, vel ἀπίῳ πυρακάνθῃ. Neutra arridet correctio, nec unquam ſic Theophraſtus arboris, arboris inquam caudici, palmaris plantæ cauliculum comparare ſolet, & præter dignitatem ac prudentiam philoſophi foret. Erroris omnis auctor Plinius, qui cum libertus legeret ἐρπυκάνθῃ ἢ τι ἀκάνθῃ vel aliud cogitans, vel vocum vicinitate deceptus, cum alibi legiſſet καυλὸν ἀκανθώδη, *caulem ſpinoſum* vertit. Qualis in rerum natura non eſt orchis. Quod ſi paulò diligentius ad acanthæ hiſtoriam quam tradit Dioſcorides attendiſſet, in hunc turpiſſimum non incidiſſet errorem. Ovum ovo, ut ita dicam, vix eſt ſimilius, quam acanthæ & orchidis caulis, niſi quod orchidi minor, lævior, tenuior: acanthæ major, aſperior, craſſior, Orchidi enim caulis cum florum nucamento, eſt qualis acanthæ. Utriuſque iconem inſpiciat lector, & quod æquum eſt judicet. De caule acanthæ hæc Dioſcorides lib. III. cap. XIX. Ἄκανθα ἡ ἐρπυκάνθα —— καυλὸν λεῖον δίπηχυν, πάχος δακτύλε, σὺν ἀφθεγμάτων, ὥσθ᾽ τῇ κορυφῇ ἐφειλημμένον, φυλλαρίοις ποιὸν οἰνοὶ κυπαιρίοις ὑπομήκεσιν ὑακινθώδεσιν, ἐξ ὧν τὸ ἄνθος ἐφέζηται λευκόν. σπέρμα ὑπόμηκες, μέλαινον. ῥιζοτειδὴς δὲ ἡ κίφαλή: *Caulem lævem, binûm cubitorum, digitali craſſitudine, prope verticem ex intervallis foliolis quibuſdam, ceu alveolis circumdatum oblongis, hyacinthinis, è quibus flos prodit albus, ſemen oblongum ac luteum: caput vero thyrſi ſpecie.* Ad quod vel maximè attendit Theophraſtus. Caulem acanthæ recentiores ſic deſcribunt. *Inter folia medius erectus aſſurgit caulis craſſus, compluribus foliis à medio ordine digeſtis adornatus, colore candidis, forma oblongâ, qui duobus veluti nucamentis, uno ſuperiore, altero inferiore muniuntur, &c.* Duas orchides Dioſcoridem deſcripſiſſe ſupra dixi; ſed utra Theophraſti ſit, non ſatis conſtat. Priorem cynoſorchum vocat,

quod caninum referat testiculum: alteram serapiada; quod hujus flores insecta quædam referant lasciva & fœcunda, tanquam à Serapide Ægyptiorum idolo nomen habentia, cujus in Canopo Ægypti urbe, magnificum templum erat, ubi lascivis & impudicis cantibus & saltationibus colebatur, Plinius orchidem serapia Theophrasti esse putat, ex recentioribus plurimi cynosorchin. Rationes nullas, quibus suam hanc probant opinionem, adferunt. Credo nullam aliam esse, quam quod Dioscorides de prioris facultate eadem quæ Theophrastus referat. lib. III. cap. CXXXXI. Ἐσθίεται δὲ ἡ ῥίζα ὡς βολβὸς ἑψηθεῖσα. ἔστι δὲ καὶ τούτης δὲ ἰσχυροτέρα, τὴν μὲν μείζονα ῥίζαν ὑπὸ ἀνδρῶν ἐθιομένην ἀφροδισίων εἶναι· τὴν δὲ ἐλάττονα ὑπὸ γυναικῶν ἡλυγόνων. καταπίνεται δὲ καὶ πρὸς τὸ Θετταλίας γυναῖκας, τὸν μὲν ἁπαλὸν μετὰ αἰγείου γάλακτος πιπίζειν, ὡς πιαίνειν τὰ ἀφροδίσια. τὸν δὲ ξηρὸν ὡσὰς ἐπάγειν καὶ ἐκλύειν τῶν ἀφροδισίων. ἀναλύεσθαί τε τὸν ἕτερον ὑπὸ θατέρου πυόμενον. *Radix cocta, ut bulbus estur. Sed de his radicibus memoriæ proditur, si majorem edant viri, mares generari: si minorem fœminæ, alterum sexum. Insuper autem proditum est, in Thessalia mulieres tenerum è lacte caprino propinare ad excitandam libidinem: aridam verò ad eandem inhibendam, atque ab unius potu alterius resolvi vires.* Cur major, ut tradit præceptor, efficax ad coitum, minor, venerem inhibeat, rationem lib. VIII. simpl. adfert Galenus, ὄρχις ὀνομάζεται καὶ κυνὸς ὄρχις ἡ αὐτὴ βοτάνη. δύναμις δὲ τῆς ῥίζης αὐτῆς βολβοειδὲς ἔσης, καὶ δριμέος, ὑγρᾶς καὶ θερμῆς, ἐν γυμνοῖσι γλυκύτερον φαίνεται, ἀλλ' ἡ μὲν μείζων ῥίζα, πολλὴν ἔοικεν ὑγρότητα ἀφεψηματικήν τε καὶ φυσώδη, διὰ τοῦτο καὶ ὡσὰς ἀφροδίσια πιπομένη ποιεῖται· ἡ δὲ ἑτέρα ἡ ἐλάττων ἐμπαλιν κατειρασμένη ἐκείνας, ὡς εἶναι τὴν κρᾶσιν αὐτῆς ἐπὶ τὸ θερμότερον, ἐν ξηρότερον ἢ πεπονέναι δοκεῖν. ἃ μόνον δὲ ποιεῖται τὰς ὡσὰς συνουσίας ὁρμὰς ἢ δὲ ῥίζα, ἀλλὰ καὶ τἀναντίον ἅπαν ἐπέχειν καὶ καταστέλλει. *Orchis, herba hæc nuncupatur, & cynos orchis, radici ejus bulbosæ ac geminæ vis inest humida & calida ac gustantibus dulciuscula est. Ceterum major radix multam habere videtur humiditatem excrementitiam, & flatuosam: quapropter epota venerem excitat, altera verò minor videlicet contrà: nimirum admodum elaborata, ut fit ejus temperamentum ad calidius & siccius vergens: itaque hæc radix tantum abest ut ad coitum stimulet, ut planè etiam contra cohibeat & reprimat.* Ratio itaque cur has diversas præstat facultates, gemina radix orchidis, (quamvis utrique bulbo idem sit substantiæ modus, idemque sapor,) quod major bulbus flatus, crassa flatuosáque sua substantia, gignat: alter verò, sicciore illo & macilento suo corpore humorem, à quo flatus producuntur, exsiccet, qui salaces facere solebat. Denique ex Galeni hoc loco, fortassis etiam (si modo de hoc orchide loquatur) Theophrasti, constat verba ἁπαλὸν καὶ ξηρὸν, non de recenti & sicco exponenda, uti Serapionis fecit interpres, sed intelligenda de majore & minore. Plinius lib. XXVII. cap. VIII. *Ex his radicibus, si majorem edant viri, mares generari dicunt; si minorem fœminæ, alterum sexum. In Thessalia molliorem in lacte caprino viri bibunt ad stimulandos coitus, duriorem verò ad cohibendos, adversatur alter alteri.* Molliorem majorem vocat, duriorem minorem; uti ex loco Galeni citato constat. Et hoc est argumentum, quo moti viri docti, statuunt Theophrastum cynosorchin describere. Sed fortasse rectius fecissent si verba Dioscoridis de altero orchide perpendissent. Etenim cap. sequenti de Serapiade ait. Ἰσχυρότατη δὲ καὶ τούτης ὅσα καὶ θατέρου καὶ κυνὸς ὄρχεως. *Sed & de hac radice, eadem quæ de ante memorata testiculi canini radice, narrantur.* Ergo argumentum citatum pro altera opinione nullius est momenti. Scio Galenum de serapiade tradere, ad venerem non æquè præstare ac cynosorchidem, ὄρχις ὃν καὶ Σεραπιάδα καλοῦσι ξηροτέρας δυνάμεως ἐστὶν, ἢ κατὰ τὴν ὠφελίαν, ὄφελος ἐς τὰ ἀφροδίσια μὲν οὐκ ὁμοίως ἐπιτηδειός ἐστιν. *Orchis, quem & serapiada nuncupant, siccioremfacultatem obtinet, quam ut primi ordinis haberi mereatur: quocirca nec perinde ad venerem commodus est.* Ex eo inquam loco, nemo concludere potest majorem minus, quam minorē bulbum aptum vel ineptum ad venerem esse, illud tantum, quod cynosorchios hac in re præstat radix, quamvis serapiados nomen contrarium dicere videatur. Qui Theophrastum serapiada describere contendunt, Plinii auctoritate utuntur, & descriptionem cynosorchidos non convenire cum orchide Theophrasti ajunt. Plinii verba mox examinabo, ubi utriusque orchidis descriptionem ex Dioscoride tradidero. Ὄρχις, οἱ δὲ κυνὸς ὄρχιν καλοῦσι, φύλλα ἔχει κατὰ γῆς ἑρπύοντα ὡσεὶ τὸν καυλὸν, ἐν τὸν πυθμένα ἐλαίᾳ μαλακῇ ὅμοια, στενώτερα δὲ καὶ λεῖα, μακρότερα· καυλὸν ἀπὸ σπιθαμῆς τὸ μῆκος, ἐφ' ᾧ ἄνθη πορφυροειδῆ. ῥίζαν βολβοειδῆ, ἐπιμήκη, διπλῆν, στιβὴ ὡς ἐλαίας, τὴν μὲν ἄνω τὴν δὲ κατωτέρω, ἐν τὴν μὲν πλήρη, τὴν δὲ μαλακὴν καὶ ῥυσήν. Orchis, *quem alii cynosorchin, quasi canis testiculum vocant, foliis est, circa cauli imam partem, in terra stratis, oleæ molli similibus, angustioribus, lævibus, longioribus. Caule palmari, in quo flores purpurascentes emicant, radice bulbosa oblonga, gemina, angusta olivarum instar; quarum una superior est, altera inferior, & hæc quidem flaccidior, illa mollior ac rugosior.* Serapiada cap. sequent. CXXXXII. describit. Ὄρχις ἕτερος, ὃν Σεραπιάδα ἕτεροι καλοῦσιν ὡς καὶ ἀνδρίας διὰ τὸ πολύχρηστον τῆς ῥίζης. φύλλα ἔχει ὁμοιότατα θερμοῦ, ἐπιμήκη, πλατύτερα δὲ καὶ λειότερα, ἐπικαμπῆ ἐν τοῖς μαχαλοῖς· καυλὸν ἀπιθαμιαῖον· ἄνθη δὲ πορφυρᾶ· ῥίζα δὲ ὑπεστιν ὀχιδίοις ὁμοία. *Testiculus alter, quem alii velut & Andreas serapiada vocant, propter radicis multiplicem usum, foliis est porri, oblongis, at latioribus & pinguibus, ex alarum sinu inflexis, cauliculis palmaribus, ac floribus penè purpureis, radix autem subjacet testiculis similis, &c.* Plura in considerationem veniunt. Ἐλαίᾳ μαλακῇ, Oleæ molli comparat. Cynosorchis itaque non est Orchis Theophrasti, sed corruptum codicem ajunt, quod non diffitemur. Restituunt ζειλλῃ μαλακῇ. Nulla, inquiunt, mollis olea, & oleæ folia multo angustiora, & minora sunt, scillarum autem quædam molliora. Hanc Dioscorides mollem scillam appellat, ejusque foliis cynosorchios mollia ac lævia folia, similia & angustiora esse ait. Non inficias imus non dari oleam mollem, sed quo argumento probant Dioscoridem scripsisse ζειλλῃ. Ἐλαίᾳ legit Oribasius, & Serapio lectionem hanc sequitur. Quod certissimum argumentum, sic scripsisse Dioscoridem. Confirmat eandem Plinius lib. XXVII. cap. VIII. *Cynosorchin, aliqui orchin vocant, foliis oleæ mollibus, ternis, per semipedem longitudinis in terra stratis, radice bulbosa, oblonga duplici ordine, superiore quæ durior est, & inferiore quæ mollior.* Idem de folio ferè repetit lib. XXVI. cap. X. ubi orchidis, Crateoni & satyrii confundit historiam, his ferè verbis. *Concitatricem vim habet satyrion. Duo ejus genera, una longioribus foliis quam oleæ, caule quatuor digitorum, flore purpureo: radice gemina, ad formam hominis testium, alternis annis intumescente ac residente. Altera satyrion orchis cognominatur, & fœmina esse creditur. Distinguitur internodiis & ramosiore frutice, radice fascinis utili, nascitur fere juxta mare.* Quæ de internodiis ait, ad Crateogoni pertinent historiam. Præterea nemo satyrion orchin, & contra orchin satyrion dixit, præter Apulejum; qui illud ex Plinio transcripsit. Ex Apulejo, Plinioque officinæ orchides satyrion vocant, ac pro ea utuntur. Plura de hoc errore capite de satyrio. Frustra viri docti hoc loco legunt *pro satyrio cynosorchi.* Quippe paulo infra idem Plinius tradit, satyrion geminum ferre bulbum. Vereor quoque quod supra orchin terna habere folia ait, ad satyrii triphylli pertinere historiam. Sed pro λεῖα τρίχα, fortassis legit, quod non videtur ineptum, quod talis reperiatur. Sufficiat hoc loco ostendisse Dioscoridem oleæ folio comparasse cynosorchidem. Corrigunt alii, μαλακῇ ἐλαίᾳ ὅμοια μακρότερα; id est. *Folia fert mollia, oleæ similia, longiora:* Sed qua auctoritate, λεῖα & στενώτερα rejiciunt? Vocem λεῖα rejiciendam esse, ex Oribasio & Serapione facile probari posset, quorum codex hac caret. Sed uterque vocem, στενώτερα agnoscit. Quare dicendum, in Græcia aliud omnino à nostro diversum descripsisse Dioscoridem orchidem. Vel, quod non videtur probabile, mala comparatione usum. Fateor me nunquam orchidis genus foliis oleæ longioribus & angustioribus vidisse. Καὶ τὴν μὲν πλήρη. Legit doctiss. Lacuna ex vetusto codice, ἐν τὴν μὲν σκληρὰν, τὴν δὲ μαλακωτέραν καὶ ῥυσήν. Hoc est, *& hanc quidem duram, illam vero molliorem & rugosiorem.* Doctissimus Saracenus in hunc sensum legit. καὶ τὴν μὲν πλήρη καὶ μαλακὴν, τὴν δὲ σκληρὰν καὶ ῥυσήν. *Et hæc quidem plenior ac mollior, illa durior ac rugosa;* idque quia Plinius loco citato *radice oblonga, duplici ordine, superiore, quæ durior est, & inferiore, quæ mollior.* Neque inquit, dubium est, quin major radicis bulbus, qui idem demissior est, succosior sit atque adeo mollior, ac tenerior. Qua etiam ratione ἁπαλῆς *deinde* Dioscoridis dicitur, minor vero quia sublimior, tanquam flaccidus ac rugosus, durior ac aridior. Siquidem mollia ferè sunt quæ humidiora, & contrà dura, quæ sicciora. Quod si cui placet vulgata lectio necesse est μαλακὴν pro flaccido accipiat. Postremum probo, quæ ut in vulgatis legitur codicibus

bus sic scripsisse Dioscoridem Oribasii testatur codex. Alterum orchidem foliis inquit esse porri, πρασίου. Corrigunt πρασίῳ *marubio*, quale folium nullum orchidis genus refert. Præter rationem etiam Plinium notant, quod porro compararit serapiadis orchidis folium. Verba Plinii loco citato audiamus. *Sed inter pauca mirabilis est orchis herba sive serapias, foliis porri, caule palmeo, flore purpureo, gemina radice, testiculis simili, ita ut major, sive ut aliqui dicunt durior, ex aqua pota excitet libidinem, minor sive mollior è lacte caprino inhibeat, quidam folio scillæ esse dicunt, læviori ac minori, caule spinoso.* Non erravit Plinius quod porri foliis scripserit. Omnes Dioscoridis codices, Aldino excepto, πρασίῳ scribunt, hanc Oribasius, eandem Serapio probat scripturam. Quinetiam porri folium scillæ non dissimile. Rectè itaque Plinius Orchidem serapiada à Theophrasto descriptum ait. Orchis serapias nota satis, & ab omnibus delineata. Recentiores plura observarunt orchidum genera, de quibus consulat phytopinacem Bauhini lector.

Καλοῦσι φύλλον. φύλλον κατ' ἐξοχὴν significare laserpitii semen, & malabatri folium, supra ostendimus. Hoc loco φύλλον planta est ad generationem apta. Φύλλον folium denotat, at eadem hæc planta ἱλαιόφυλλον, & βρυώνια vocatur. Dioscorides lib. III. Capite CXXXX. φύλλον, οἱ δὲ ἱλαιόφυλλον, οἱ δὲ βρυωνίαν καλοῦσι, *phyllon, alii elæophyllon, bryoniam alii nominant.* Elæophyllum id est oleæ folium, herbam oleæ folio designat, eadem vel à foliorum eruptionis argumento, vel à muscí similitudine bryonia dicitur. Duo phylli genera, aliud Thelygonon sive fœminificum, aliud arrhenogonon marificum. Unde nomen hoc impositum sit, ipse docet præceptor, utrumque luculenter satis describunt Theophrastus & Dioscorides. Sed quod Theophrastus marem vocat, id Dioscorides feminam vocare quorundam est opinio. Dioscorides φύσιν οὐ πάσαις loco cit. τὸ μὲν θηλυγόνον λεγόμενον, ὥσπερεὶ βρύον ἔχον, χλωρότερον ἐλαίας τὸ φύλλον. καυλὸν, λεπτὸν, βραχύν. ῥίζαν λεπτήν. ἄνθος λευκόν. καρπὸν μείζονα, ὥσπερ μήκωνος. τὸ δὲ ἀρρενογόνον, τὰ μὲν ἄλλα ὅμοιον τοῦτοις ἡμίσεσιν, καρπῷ δὲ διαφέρει. ἔχει γὰρ ὅμοιον ἄνθει ἐχινωπίας ἐλαίας βοτρυώδες. λείπεται δὲ τὸ ἀρρενογόνον πολὺν, ἀρρενοτοκεῖν, τὸ δὲ θηλυγόνον θηλυτοκεῖν. ἱστορεῖ ταῦτα Κρατεύας. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ τὰ τοιαῦτα μέχρι τῆς τοῦ ἀνθους ἱστορίας παράγειν. Nascitur locis saxosis. Duum
" generum est, quod autem thelygonon appellant musci
" modo nascitur folio oleæ, sed magis herbaceo; caule
" tenui, brevi: radice gracili: flore albo: semine pa-
" paveris majusculo. *Arrhenogonon verò cætera antedicto simile, fructu tantum differt, habet enim racemosum quiddam, defloreſcentibus oleis non dissimile. Perhibetur autem, arrhenogoni potu mares generari, Thelygoni verò, fœminas. Hæc memoriæ prodidit Cratevas, quanquam talia mihi videtur historia tenus, tanquam fama, auditioneve accepta proponere.* Ex his Dioscoridis verbis, quidam colligunt Dioscoridem à Theophrasto dissentire, nam quod alteri est fœminificum, hoc alteri esse marificum, & contra. Nos singula examinabimus, & aliter se habere demonstrabimus, Præmittemus verò melioris doctrinæ gratia quæ de phyllo tradit Plinius, hic lib. XXVII. cap. XII. *Phyllon à Græcis vocatur herba, in saxosis montibus, fœmina magis herbacei colori, caule tenui, radice parva, semine rotundo, papaveri simile. Hæc sui sexus facit partus: maris autem semine tantum differens, quod est incipientis olivæ. Utrumque bibitur in vino.* Idem lib. XVI. & XXVI. cap. XV. *Arrhenogonon & Thelygonon herbæ sunt, habentes uvas, floribus oleæ similes, pallidiores tamen, semen album, papaveris modo. Thelygoni potu fœminam concipi narrant. Arsenogonon ab ea semine oleæ, nec alio distat. Huius potu mares generari perhibentur, si credimus. Alii utramque ocimo similem tradunt. Arsenogoni autem semen geminum esse, testibus simile, &c.* Duas recenset Plinius descriptiones, phylli, quarum altera Theophrasti, ocimi folio, altera Dioscoridis oleæ. Legisse videtur Plinius, τὸ μὲν θηλυγόνον λεγόμενον ὥσπερ βρύον ἔχον, χλωρότερον ἐλαίας. Quæritur utrum rectè legerit. Negant hoc docti quidam; quia βρύον, inquiunt, accepit Plinius pro oleæ flore, cum sit muscus in saxis nascens. Sic enim in vetustissimo codice, φύλλον φύσιν οὐ πάσαις, τὸ μὲν θηλυγόνον λεγόμενον, ὥσπερ βρύον, ἔχον χλωρότερον ἐλαίας τὸ φύλλον, καυλὸν δὲ λεπτὸν βραχύν. ῥίζαν λεπτὴν, ἄνθος λευκόν. Quæ verba haud aliter, ajunt, interpretari possis, quam hoc modo: Phyllon nascitur in petris, & Thelygonon quidem quod dicitur, instar muscí, cui folium oleæ pallidius. Nec de mendo potest suspicio incidere, in illis Dioscoridis Græcis verbis. Quænam porro illæ uvæ sunt in Thelygono oleæ floribus similes, divinare nequeunt, an de flore accipiendæ; Atqui paulo post Dioscorides de flore dixit, ἄνθος λευκόν. Addit Neophytus, λεπτὸν, στάχυοειδές. Nec de semine potest accipi, Nam sequitur apud eundem de semine. Dolendum phylli non meminisse Oribasium, aut Serapionem; ut quæ vera sit Dioscoridis lectio, vix asseri possit. Nam cur veterem hanc lectionem magis, quam Plinii, aut vulgarem probem, non video. βρύον Plinius uvas floribus oleæ similes vertit; quod βρύον in lauro, populo alba ac plerisque aliis, uvam denotat. Βρύον etiam, ut alibi dixi, ab eâdem ratione & forma oleæ est flos. Hinc uvas floribus oleæ similes dixit, cum rectius oleæ flori comparasset: falsissimum est, voluisse Dioscoridem natale solum commune musco & Thelygono esse, quamvis in petris nascatur; A verò etiam multum recessit antiquarius Dioscoridis, qui simile musco Thelygonon tradidit, ac pro phyllo pingit lycopodium vulgo dictum, vide Cordi herbarium. Utrumque experientiæ & autopsiæ refragatur. Doctiss. Saracenus restituit ex Theophrasto (quamquam aliud est phyllon præceptoris, ac depravate ἀχρότερον legatur.) ὥσπερεὶ βρύον ἔχον ὠχρότερον, τὸ δὲ φύλλον χλωρότερον. Idem vocem Græcam servat, idque quod bryon sæpe nihil habeat cum musco commune. Utrumque probo, nisi quod vocem χλωρότερον, non *viridius*; vel *magis herbaceum*, ut Plinius, verum *pallidius* interpretor. Nec male fortassis restituetur ὡς ὥσπερεὶ βρύον, ἔχον τὸ τὸ φύλλον χλωρότερον, id est, *instar bryi, vel oleæ floris quid ferens, foliumque habens oleæ pallidius.* Utrumque enim phyllum folia fert planè oleæ colore, crassitie & figura, portulacæ marinæ magnitudine, glauca, & quam oleæ aut salicis, pallidiora, numerosa, incana, lanuginosa, mollia, bina semper certo ordine, & per intervalla dispositа, acidi ac salsi gustus, caules rigidos, quadratos, cubitum altos, & concolores, in multas diductos polii modo alas. Fœminæ (alii marifici phylli nomine, Dioscoridis corrupto codice decepti, descripserunt) flos est oleæ modo muscosus, & ex herbaceo pallescentis (ὠχρότερον) coloris, qui longis, tenuibusque inter folia petiolis insidet, (quos in marifico, ut addita ostendit tabella, vix videre licet, fructu statim ex alarum cavis nascente) semen rarò admodum perficit, quod globulis admodum exiguis, nunc binis, modò etiam pediculis inhærentibus continetur; sed adeò rarò semen fert, ut Doctissimi tradant Botanici, florem nullo seminis relicto vestigio defluere.

Phyllon thelygonon. Phyllon arrhenogonon.

Hæc satis ostendunt, Saracenum rectè, & ex mente Dioscoridis codicem correxisse. Illud tamen ob ei potest, Dioscoridem bis de flore egisse. Non dubito quin vocem ἄνθος sciolus quispiam adjecerit, scripsit enim καρπὸν λεπτὸν, μικρὸν, ὥσπερ μήκωνος. Quod Plinius, *semen album, papaveris modo vertit.* Scribendum *semen parvum, papaveris modo.* Utraque tamen lectio tolerari potest, quod globuli isti pallent. Nihil igitur mutant viri docti; quod Theophrasti ὁ δὲ καρπὸς ἔχει μὲν θηλυγόνῳ —— ὠχρότερός τε ἔχει ἀρρενογόνῳ. Pallidum igitur sive album semen Thelygoni, sed pallidius arrhenogoni, semen etiam Thelygoni cinerei coloris est ab initio; quod postea in cæruleum mutat. Sed hodierni her-

barii, dicent. Ergo non album erit, & vera inquient noſtra eſt correctio. Duo hic notanda, ac primum quidem, quod Plinius Dioſcoridem ſequatur, non Theophraſtum, cujus, ut modo dicam, utrumque phyllon à Dioſcoridis diverſum eſt, alterum, quod non omnes herbarii de thelygono hoc tradant, ſed ii tantum, qui Dioſcoridis depravato codice decepti ſunt. Doctiſſimus enim Cluſius ſatis apertè mari illud adſcribit, uti paulo infra dicam. Cæterum in vetuſtiſſimo exemplari Lacuna ſcribi ait, καρπὸν λεπτὸν, μικρὸν ὥσπερ μήκωνος. Doctiſſ. Salmaſius καρπὸν μικρὸν, ὥσπερ μήκωνος. Sciolus quiſpiam cum ignoraret βρύον de flore intelligendum eſſe, ac Dioſcoridem videret fructum deſcribere (λεπτὸν mutavit in λευκὸν, & præpoſuit ἄνθος. (Quod autem Neophytus dicat ψύλλιον καρπὸν, λεπτὸν ἐυχοειδὲς id fecit, quod ſpicæ inſtar fœminæ ſit flos; qualis etiam oleæ, ut icon oſtendit.) Cæterum fructum parvum & tenuem cur dixerit Dioſcorides, ex deſcriptione jam allata quilibet facile animadvertere poteſt. Καυλὸν, inquit, λεπτὸν, βραχύν. Tenuis quidem eſt caulis, ſed non brevis, Cubitalis enim niſi ſolo cœloque hoc adſcribere cuipiam placeat. Vox βραχὺν ſuſpecta eſt. Puto Dioſcoridem ſcripſiſſe, καυλὸν λεπτὸν, ῥίζαν βραχύν. Plinius, *caule tenui, radice parva.* Et hoc quidem experientia comprobat. Radix enim minimi digiti craſſitudinem & longitudinem, nonnunquam æquat, duraque eſt, & lignoſa, in multos ramulos fiſſa. Arrhegonon antedicto ſimile tradit Dioſcorides, ſed ſemine differre. Ἔχει γὰρ ὅμοιον ἄνθει ἐξηνθηκυίας ἐλαίας, βοτρυώδες. In optimo libro ſcribit Doctiſſ. Salmaſius legi, ἔχει γὰρ ὅμοιον ἄρτι ἐξηνθηκυίᾳ ἐλαίᾳ βοτρυώδες. Nullum mihi relinquitur dubium, quin codex ſit corruptus, & vulgatam ſi ſervamus lectionem, durius nimium accepit verbum ἄνθος, pro eo nempe quod flori ſuccedit, nimirum incipientis olivæ rudimento, fruſtra in olea florem quæſiverit quis, ſi ſponte deciderit. Saracenus, ἔχει γὰρ ὅμοιόν τι τῷ ἐξηνθηκυίας ἐλαίας βοτρυώδει. *Habet enim racemoſum quid, ei quodammodo ſimile, quod poſtquam defloruit olea, primum emergit & conſpicitur.* Hæc quanquam non diſplicet lectio, magis tamen arridet Doctiſſ. & nunquam ſatis laudandi Claudî Salmaſii correctio; quod ad antiquam lectionem propius accedat. Ἔχει γὰρ ὅμοιον ἄρτι ἐξηνθηκυίᾳ ἐλαίᾳ βοτρυώδει. Olea βοτρυώδης eſt dum floret, quippe flos ejus inſtar βότρυος, & βρύον in hoc florum genere, idem eſt quod βότρυς, ut ἀμπέλου βότρυς & βρύον idem. διάφυης βοτρυώδεον & βρύον. Simile igitur arſenogoni ſemen ἐλαίᾳ βοτρυώδει quum defloruit, hoc eſt ἐλαίας βότρυϊ, quando in fructum formari incipit. Notandum Dioſcoridem non ſatis exactè harum plantarum deſcriptionem dediſſe. Semine enim utrumque differre ait, cum Thelygonon ſemen raro ferat, ſed florem bryo ſive flori oleæ ſimilem, ſemenque quod raro oſtendit globulis contineatur, æque ſimilibus olivæ fructui ex flore tantum non exeunti: contra arſenogonon florem nullum producit, ſed ſtatim fructum ex alarum cavis profert. Etenim juxta ramulos, minimi naſcuntur globuli, uno & eidem pediculo inhærentes, ut in Mercuriali mari, vel, uti Dioſcorides, fructus ſicut olivæ, cum primum ex bryo ſive flore emergit, geminus, teſticuli hominis inſtar, quo continetur ſemen tithymali ſemini non diſſimile, rotundum, cinerei initio coloris, qui tandem ad cyaneum vergit. Ex mari hoc ſemine utrumque genus naſci, quemadmodum in Mercuriali, ſpinaceis, cannabi & ſimilibus accidit plantis, doctiſſimorum eſt opinio. Utrumque phyllon calidioribus in regionibus, in quibus ſponte provenit, totum incanum eſt, & quodam-modo tomentitium, longéque minoribus foliis, quam in frigidioribus; in quibus rarò vivax eſt. Illud etiam utrique commune, cum Mercuriali, cynocrambe & heliotropio minore, ut erutæ radices, temporis ſucceſſu cæruleum colorem contrahant. Utrumque naſcitur multis Hiſpaniæ & Galliæ Narbonenſis locis, ſecundum vias, ubi Aprili, interdum etiam maturius floret, in Belgica verò non niſi æſtate, ait Cluſius, nobis flores dedit, & ſingulis annis ex ſemine deciduo novas plantas produxit. Semine tantum differre marem à fœmina, inquit Dioſcorides. Quod non omni ex parte verum. Nam fœmina cauliculis conſtat infirmioribus, numeroſioraque habet folia. Hactenus de phyllo Dioſcoridis. Ab hoc diverſum eſt Theophraſti. falluntur viri docti qui putant Dioſcoridem à Theophraſto in deſcriptione βρύου, ſive floris, vel ſeminis differre. Sed corruptum codicem Dioſcoridis eſſe jam oſtendimus, ac diximus marem fœminamque eodem modo ab utroque delineari. Ex antiquo enim codice probavimus, maripari fructum ſimilem eſſe olivæ quæ defloruit, & cum fructus rudimentum oſtendere incipit. Idem teſtatur Theophraſtus, referre olivę deflorefcentis fructum, ſed inſtar hominis teſticulos cohęrere geminos. Deſcriptio rem ita ſe habere ſatis clarè docet, in mariparo binos globulos eidem inhærentes pediculo, pro fructu inter folia enaſci. Sed aliud phyllon eſt Theophraſti, aliud Dioſcoridis: utrique fructus geminus inſtar teſticulorum ſemper naſcitur, & ſimile eſt olivæ, ubi primum ex flore exiit. Quod Plinius nimis breviter, obſcurè, & fortaſſis minus etiam rectè ita reddidit, arrhenogonon à Thelygono ſemine oleæ nec alio diſtare. Simile quidem utriuſque maripari baccæ oleæ primum è flore emergentis, ſed geminum ſemper unique pediculo inhærens, cũ fœminæ ſit inſtar βρύου floris oleæ, hoc eſt ita confertim naſcitur, ut flos oleæ, quum arſenogoni tantum geminum proveniat. In floris itaque vel ſeminis, ut ſcribit Dioſcorides, delineatione uterque ſatis convenit, attamen diverſum eſt Dioſcoridis à Theophraſti phyllon. Dioſcorides oleæ folio deſcribit, ocimi Theophraſtus. Nec mendi ulla ſuſpicio eſſe poteſt, quippe Plinius alios inquit phyllon deſcribere folio oleæ, alios ocimi. Theophraſtum & Dioſcoridem quin intelligat, extra omnem controverſiam eſt. Quale ocimi folium ſit, quale oleæ ſupra diximus, nec hic repetere neceſſe. Illud dixiſſe ſuffecerit quod Dioſcorides & Neoterici Mercurialem, quæ phyllon eſt Theophraſti, folia ocimi habere tradant. Mercurialis enim Dioſcoridis omnes habet eas notas, quas tribuit Theophraſtus phyllo, ita ut ovum ovo ſimilius eſſe nequit, & quod magis eſt, eadem de Mercuriali tradit Dioſcorides, quæ Theophraſtus de phyllo. Dioſcorides lib. IV. cap. 191. de Mercuriali. Δοκεῖ δὲ μὲν τῆς θηλείας φύλλα λεῖα πιόμενα, καὶ ἐσθιόμενα μετὰ τὴν κάθαρσιν τοῖς ἀιδοίοις, ζύλληψιν θήλεως ποιεῖσθαι, τὰ δὲ τοῦ ἄρρενος ὁμοίως ἐπιπλυθέντα ἀφροδισίους γίνεσθαι. *Creduntur autem folia trita ſi bibantur, atque etiam à purgatione menſtrua verendis admoveantur, ut fœminæ concipiantur facere; maris etiam folia ſimiliter uſurpata, ut maſculi gignantur efficere.* Accedit quod Mercurialis utriuſque apud Dioſcoridem deſcriptio, eadem ſit quæ phylli apud Theophraſtum, Λινόζωστις, inquit, οἱ δὲ παρθένιον, οἱ δὲ ἑρμῆ βοτάνιον καλοῦσι, ἔχει τὰ φύλλα ὅμοια ὀκίμῳ, ὡσεὶ τὰ τῆς ἐλξίνης, ἐλάσσονα δὲ. κλωσὶ δὲ γόνατα (Ald. Δ[ι]γόνατα) μακρὰς πολλὰς, πυκνὰς ἔχοντα. τὸν δὲ καρπὸν ἡ μὲν θήλεια βοτρυοειδῆ καὶ πολύν. ὁ δὲ ἄρρην ὡσεὶ τοῖς πιτάλοις μικρὸν, στρογγύλον, ὥσπερ ὀρχίδια καὶ δύο ὡσαυτοσείμενα, ὅλον δὲ ὁ θάμνισκος ἀπημαυροῦται, ἢ καὶ μείζων. κινεῖται δὲ ἀμφότερα κοιλίαν λαχανούμενα καὶ ἐσθιόμενα. καθαίρομένας δὲ σὺν ὕδατι, καὶ πινομένῳ δὲ ὕδατος ἄγαν κολλᾷ καὶ ὑδατώδη. δοκεῖ δὲ τὰ μὲν τῆς, &c. Id eſt. *Linozoſtis, aliqui parthenium, alii Mercurii herbulam appellant; folia habet ocimi helxinę cognata, ſed minora, ramulos duplici geniculorum modo cinctos, & alarum cavis, multis, iiſque denſis præditos, ſemen fœminæ quidem racemoſum atque copioſum, mari verò juxta folia, parvum ac rotundum ceu binos teſticulos una cohærentes. Totus autem frutex dodrantalis eſt, aut etiam major, utraque alvum ciet, ſi olerum vice mandatur, cocta vero in aqua, epoto jure, bilem aquoſaque ducit. Creduntur autem, &c.* Plinius lib. XXV. cap. V. *Linozoſtis ſive parthenion Mercurii inventum eſt, ideo apud Græcos Hermopoan multi vocant eam, apud nos omnes Mercurialem: duo ejus genera maſculus & fœmina, quæ efficacior, caule cubitali, interdum ramoſo in cacumine, ocimo anguſtioribus foliis, geniculis denſis, alarum cavis multis, ſemine in geniculis dependente, fœminæ copioſo. mari juxta genicula ſtante variori ac brevi contortoque, fœminæ ſoluto & candido. Folia maribus nigriora fœminis candidiora, radix ſupervacua prætenuis. Naſcuntur in campeſtribus cultis, mirum eſt quod de utroque eorum genere proditur, ut mares gignantur hanc facere, ut fœminæ illam. Hoc contingere ſi à conceptu ſuccus protinus bibatur in paſſo, edanturque folia decocta ex oleo & ſale, vel cruda vel ex aceto. Quidam decoquunt eam in novo fictili cum heliotropio, & duabus aut tribus ſpicis, donec decoquatur, decoctum dari jubent & herbam ipſam in cibo, altero die purgationis, mulieribus per triduum, quarto die à balneo coire eas. Hippocrates miris laudibus in mulierum uſu prædicavit eas.* Theophraſtus, Dioſcorides marem fœminamque fructu tantum differre ajunt. Addit Plinius, etiam folio. Sed ſingula examinabo. Theophraſtus duo phylli inquit genera maſculum & fœminam.

Mer-

Mercurialis duo etiam genera esse, scribunt Dioscorides & Plinius, ac alteram marem, alteram fœminam vocant. Addit Dioscorides tertiam cynocramben, de qua paulo infra. Utrumque magister simile refert, speciemque habere ocimi. Idem Dioscorides nisi quod paulo accuratius describat, fruticem esse dodrantalem, aut majorem, ramulos duplici geniculorum modo cinctos, & alarum cavis densis, iisque multis præditos; folia esse ocimi helxine cognata, sed minora; intellige quam helxines. Plinius maris folia nigriora, fœminæ candidiora esse tradit, quod nec Theophrastus, nec Dioscorides. Et satis quidem planè contra mentem Theophrasti, qui similia esse tradit. Quod & autopsia docet. Quam enim Plinius coloris tradit differentiam, hactenus animadvertere non licuit. Falsum etiam, quod ait angustioribus esse, quam ocimi foliis. Rectè Dioscorides ad helxines sive parietariæ magnitudinem, sed minora dixit. Plinium decepit, quod id quod Dioscorides de parietaria tradidit, de ocimo intellexit. Utraque porro Mercurialis adeò per omnia sibi (semine excepto) similis est, ut qui alterutram cognorit, ambas noverit. Utrique caules quadrati, leves nonnunquam teretes teneri, internodiis aliquot geniculati, ad instar parsicariæ dodrante altiores, subinde cubitales, in ramulos distributi, folia circa hos complura, lata, oblonga, acuminata, ad parietariæ accedentia; sed tamen lęviora, virentiora, ac per margines serræ modo incisa, ocimi majoris satis similia, subnitroso sapore, & nonnihil viroso, succo multo porraceo purgante & medicato, ad multa perquam utili. Semen utriusque diversum tradit Præceptor; idem Dioscorides. Fęminæ fructum Theophrastus instar βρύου virentis inquit, id est oleæ florentis similitudine. Dioscorides βοτρυειδῆ καὶ πολύν. Oleam βοτρυώδη dici, dum floret, supra dixi. Quippe flos ejus instar βότρυος. Βότρυς in racemum consertæ coacervatęque plures sunt uvæ. βοτρυώδη δένδρα arbores racematim fructificantes. Oleæ flos racemosus, muscosus, albidus, inde βοτρυῶδες & βρύον vocatur. Ἀχρόπεπον, inquit Theophrastus, sed corruptus est codex, χλωρόπεπον legendum: herbacei magis coloris est fœminæ fructus. Inde colligo, Plinium in phylli descriptione partim Theophrastum, partim Dioscoridem secutum, atque ita duas confudisse plantas. Semen Mercurialis feminæ (idem Plinius ait) copiosum, solutum & candidum. Tale nihil Dioscorides. Solutum esse non negamus, sed candidum inficias imus. Reprehenditur Theophrastus, quòd semen tribuerit phylli fœminæ, quùm delineatio quam de semine tradit, de flore intelligi debeat. Sed hi phyllon Dioscoridis & Theophrasti idem esse putant. Supra phyllum fœminam Dioscoridis raro semen ferre dixi. Mercuriali, inquiunt recentiores, fœminę, veluti exiguæ spicæ sunt (ut non ineptè de phyllo Neophytus ἄνθος σταχυοειδὲς λεπτόν) in quibus racematim muscosi tenues cohærent flosculi, herbacei, absque fructu, nulloque semine succedente, pereuntes. Pro Theophrasto dicendum, ex flore hoc deciduo, etiam terræ commisso novas produci plantas, unde colligitur vel seminis vicem præstare, vel semen adeò minutum proferre, quod visum fugit. Illud autem semen vocari & esse, ex quo nova nascitur vere proximo, vel vere sato, planta, extra dubium est. Maris fructum Theophrastus ait esse, instar oleæ jam primum ex muscoso flore emergentis, & addit geminum esse. Dioscorides parvum, rotundum, ceu binos testiculos referentem ait πρὸς τοῖς πετάλοις *juxta folia*; seu potius foliorum pediculos. E sinu enim foliorum prodeunt; quod Plinius loco *juxta pediculos stante* dixit. Sed quod maris semen breve, contortum, rarum esse scribit, præter Græcorum mentem & veritatem est. Græci enim parvum, rotundum, duorum testiculorum figura dixerunt. Contortum dicitur, id quod quum sequitur, non convenit cum superiore, vel contorræres, dicuntur perplexæ & perturbatæ, & sibi ipsis minimè cohærentes. Βοτρυώδεις grammatici exponunt, racemi in modum collectus & contortus. Quod de fœmina, non de mari tradiderunt Græci. Masculæ Mercuriali è sinu foliorum in brevibus ac tenuibus pediculis bina cohærentia prodeunt semina, ad aparines & formam & asperitatem accedentia, compressiora tamen, in quorum singulis unicum semen parvum, ac rotundum. Mercurialis utraque in hortis olitoriis, vinetis, aliisque locis humidis ac umbrosis non infrequens. Viget tota æstate, hyeme ut plurimum intercidit. Tradunt si manus succo Mercurialis, hybisci, portulacæque muniantur plumbum liquatum impune tractari posse. Quod hoc si verum; (penes auctorem sit fides,) præstant partim quod frigiditate sua hebetem sentiendi facultatem reddant, partim quod lentore manum quasi tunica muniant ac vestiant, ne ignea vis penetret; tum etiam quod metallum fusum ob inductam manui lenitatem, ac viscositatem, facilius dilabatur, minusque hęreat, quam ut subire in carnem cutemve calor valeat: Qua de causa alibi Aristoteles eos calidæ aquæ perfusionem minus sentire ait, qui uncti sunt oleo. Quilibet per me ut id experiatur licet, ego fidem non adhibeo. Quod videam solatri succum hoc non præstare, cùm tamen frigidiorem, glutinosioremque succum habeat. Fabulosum non minus puto, quod tradunt à mari mares, à fœmina admota pudendis fœminas generari. Interea tamen sine periculo hujus experimentum capere licet. Hac de causa ἔρεμος πόα vocarunt herbam alioquin vulgarem & vilem, quæque, ob nimiam solvendi vim alioquin pro maledicto est. Sed de Mercuriali utraque satis. Tertia sylvestris est. Hanc Dioscorides describit his ferè verbis cap. 192. lib. 4. Κύνια ἡ κυνοκράμβη, οἱ δὲ λινόζωστις ἀρρὴν, καύλιον ἀνίκητι διακυμαίνει, τρυφερὸν, ὑπόλευκον. φύλλα ἐμφερῆ λινοζώστιδι ἢ κιστῷ, ὑπόλευκα ὡς ἀλφιτώδη. τὸν δὲ καρπὸν πρὸς τοῖς πετάλοις προσκείμενον, μίκρον, στρογγύλον. *Cynia, seu cynocrambe (brassica canina) aliis mercurialis sylvestris mas, cauliculum emittit binum palmorum altitudine, mollem ac subalbidum: folia mercuriali aut hederæ similia, certis interstitiis candicantia, semen foliis adjacet parvum ac rotundum.* Caput hoc docti Botanici spurium esse putant, quod nec in antiquo codice, nec apud Oribasium reperiatur. Non est cynocrambe cujus effigiem addunt quod semen foliis non adhæreat. Sylvestrem vocare licet mercurialem quod pulchre eam referat easdemque vires obtineat. Aliam cynocrambes nomine plantam pingit Bauhinus, quam me vidisse non memini.

Τῇ δὲ λευκῇ κιττῇ, candidæ hederæ fructum sterilitatem facere ait. De nigra hoc Dioscorides lib. 2. cap. 210. ἡ δὲ μέλαν ὠκιστῷ ὁ χυλὸς, καὶ οἱ κόρυμβοι πιθέντες αὐτῶν πιεῖσι, καὶ παρόσον τὴν ἀλφόμενον παλιναθοῦσι. *Nigræ hederæ succus, & corymbi corpus infirmant, mentemque turbant largius sumpti.* Corrigunt viri docti ac, unica littera mutata, legunt ἀγρίαν πιεῖσι. Maximè cum clariss. vir Sambucus, ita etiam in vetusto quodam codice legi observarit. Quanquam, si corpora infirmant hederæ corymbi, ex consequenti etiam sterilitatem facere, sat intelligitur. Ego vulgatam servo lectionem, iidque quod eam probet Serapio, maximè quidem quod paulo infra scribat ipse Dioscorides, nigræ corymbos sterilitatem inducere, eandem rem bis scribere non solet. Κινοῦσι καὶ καπεμήνια ὑποπεθέντες οἱ κόρυμβοι λεῖοι ἓξ πεθέντες ὁμοῦ μετὰ τὴν κάθαρσιν ἕλκει πεσσὸν αὐτόκλειν ἐφ. *Movent & menses corymbi triti ac subditi, iidem post purgationes fœminarum drachmæ pondere poti, spem conceptionis adimunt.* Quod itaque de albo tradit Theophrastus, de nigro Dioscorides. Utrumque videtur conciliare Plinius lib. XXIV. cap. x. ubi ait. *Hederæ nigræ candidiores corymbi poti, steriles etiam viros faciunt.* Quasi Theophrastus candidam hederam vocarit, quæ revera nigra sit, sed candidiores ferat corymbos. Forte etiam candida viros, nigra fœminas steriles reddit. Sed de neutro satis constat.

Τὸν τῆς κραταίγου. Contraria qualitate præditum κραταίγονον. Vulgo depravatè κράταιον apud Dioscoridem κραταιόγονον, οἱ δὲ κραταίονον. Lego κραταιόγονον, οἱ δὲ κραταίγονον. Hesychius. Κραταίγονον βοτάνη μεθ' ἧς πλέκουσι. κραταιγὸς δένδρον. *Cratægonon herba cujus ad texendum usus. Cratægos arbor.* Recte distinxit Grammaticus, sed minus recte Plinius lib. XXVII. cap. VIII. *Theophrastus arboris genus intelligi voluit cratæogonon, sive cratæogona, quam Itali aquifolium vocant.* Postremum supra lib. III. falsum esse demonstravimus, nec Theophrastus arborem cratæogonon, sed cratægon, uti etiam apud Hesychium legitur, appellari tradidit. Sed hoc librarii peccatum esse dicemus, non Plinii. In antiquissimis denique codicibus Plinii legitur, *cratægonon spicæ tritici simile est*, Non ut vulgo legitur, *cratæogonon*. Reliqua mox examinabo. Κραταίγονον dicitur διὰ τὴν κραταιὰν τῆς γονῆς. *propter virtutem quam obtinet ἐν τῇ γονῇ, in semine.* Nam pota, facere potis est, ut mulier virilis sexus puerum pariat. Dioscorides lib. III. cap. 138.

Ἱσχαίτιν

Ἰσρεῖται δὲ ὑπό τινων ἡ πόσις τῶν κραμβῆ γυναῖκα ἐμβρεττικόων ποιεῖν, ἐάν τις μετὰ τὴν καθαρσιν τῶν καταμηνίων, ᾧ τῶ πνιγὸς τῆς ἡμέρας ὀλκὴν τελωβόλου μετὰ ὕδατος κυάθων β. ἐπὶ ἡμέρας μ'. ὡσαύτως ἢ ὁ ἀνὴρ πινέτω τὰς ἴσας ἡμέρας. *Traditur à quibusdam seminis potum efficere ut mulier virilis sexus fœtum pariat, siquidem post menses purgatos, antequam cum viro congrediatur, ter die, jejuna, semen tribus obolis, in aquæ cyathis duobus, bibat, ad dies quadraginta: bibat & ipsum vir consimili modo ac totidem etiam diebus, & deinde cum illa cœat.* Plinius loco citato cap. VIII, *Quod si bibant ante cœnam, tribus obolis, in cyathis aquæ totidem, mulier ac vir ante conceptum, diebus quadraginta, virilis sexus partum futurum ajunt.* Theophrastus contentus fuit, fœcundas fieri. Græci unius cratægoni meminerunt; Plinius duo genera numerat, verum alterum quod Thelygonon vocat, satyrii genus est, confunditque cum phyllo vel Mercuriali mare. Sic enim de secunda. *Est & alia cratægonos quæ Thelygonos vocatur; differentia intelligitur lenitate gustus. Sunt qui florem cratægoni bibentes mulieres intra 40 diem concipere tradant.* Idem Plinius lib. XXVI. cap. X. *In totum quidem Græci* (agit de satyriis) *cum concitationem hanc volunt significare, satyrion appellant; sic & cratægonon cognominantes, & Thelygonon, quarum semen testium simile est.* Postremum falsum est & præter omnem rationem. Quare legunt Doctiss. viri, *sic & cratægonon cognominantes*, quod distinguitur (hæc paulo supra ubi de orchide agit, male à liberto, si non ab ipso Plinio, inserta sunt, ad cratęgoni historiam pertinere volunt.) *inter nodiis, numerosiore frutice, semme acri, radice inutili, & arrhenogoni, cujus semen testium simile.* Hæc ingeniosa satis, sed utrum sic scripserit Plinius, multum dubito. Quippe, ut jam andivimus, cratægonon Thelygonon vocari ait. lib. XXVII. Quare ut vulgo legitur, Plinium scripsisse arbitror. Sed quilibet, per me licet, sua fruatur opinione. Cratægonon Theophrastus nasci ait, ὥσπερ λίνον πύελον vertunt, *nascitur lini modo ruffum.* Quod quid sit nescio. Dioscorides loco citato: cratęgonon his verbis describit φύλλα ἔχει ὅμοια τῆς μελαμπύρῳ (πλείους δὲ ἀπὸ μιᾶς ῥίζης φύοντα βλαστοὶ γονατώδεις) καρπὸν δὲ ὅμοιον κίγχρῳ. φύεται ἐν συσκίοις καὶ φρυγανώδεσιν, ὡς ἐπὶ πολὺ τόποις, ἰσχνοῖς δὲ δριμύ. *Folia habet melampyri, plures ab unâ radice emicant culmi geniculati, semen est milio simile. Nascitur ut plurimum locis opacis & fruticosis. Est autem vehementer acre.* Plinius lib. XXVII. cap. VIII. *Cratægonon spicæ tritici simile est, multis calamis ex una radice emicantibus, multorumque geniculorum. Nascitur in opacis, semine milii vehementer aspero gustu.* Theophrastus ait nasci ὥσπερ λίνον πύελον. Linum triticeum vir doctus exponit. Quod utrum melampyron designet, non audet asserere. Idem hæret an μελάμπυρον restituendum sit, Posterius magis arridet (quod quale linum triticeum sit, ignoro) neutrum tamen placet. Spicæ tritici simile ait. An itaque scripsit Theophrastus στάχυν πυελον. Sed Dioscoridem sequitur Plinius, non Theophrastum, nihil de culmis Theophrastus. Plinius cum scriberet, spicę tritici simile, fortasse cum spica triticea, non quidem ipsius folia, sed culmorum cacumina, conferre voluit. An corruptus Plinii codex. Tradit Clariss. Salmasius in vetustiss. Dioscoridis codice scriptum esse. φύλλα ἔχει ὅμοια τῆς πυρῆ, *Folia tritici similia habet.* Unde forte Plinius scripsit, cratægonon specie tritici simile est. Τὸ εἶδος ὅμοιον τῷ πυρῷ. Sed nihil mutat Salmasius. Cęterum vulgatam Dioscervo lectionem. Inquirendum quid μελάμπυρον sit, dixi supra lib. 8. herbam esse in quam degenerat triticum, hinc Plinius speciem tritici dixit, sed hoc de melampyro non intelligit Græcus auctor, verum myagron. Dioscorides lib. 4. cap. 117. Μύαγρος οἱ δὲ μελάμπυρον πόα φρυγανώδης, δίπηχυς φύλλα ἔχουσι ἐμφερῆ τῆς ἐρυθροδάνου. *Myagros, quam aliqui melampyron vocant, herba est è cremniorum genere, bicubitalis, foliis rubiæ similibus.* Rubiæ folia singularia, lini foliis non sunt dissimilia, utriusque iconem videat lector. Utrique folia angusta, oblonga, acuminata. Facile nunc Theophrasti codex à mendo liberari potest. Verba enim mala interpunctione & accentu depravato laborant, & fortassis unius tantum verbi mala transpositione. Scribe φύεται δὲ τοῦτο ὥσπερ λίνον, πυελόν. ὁ δὲ καρπὸς οἷον κίγχρος. vel, φύεται δὲ τοῦτο ὥσπερ λίνον. ὁ δὲ καρπὸς οἷον κίγχρος, πυελός. Id est, *nascitur hoc lini modo, fervens est; fructus milio similis.* Vel, *nascitur hoc lini modo. Fructus milio similis, ignei fervoris.* Vox πυελὸς non ἀπὸ τῆς πυρῆς, ut ineptè Gaza, nec ἀπὸ τῆς πυρῆς *tritico*, (quod decepit Plinium) sed ἀπὸ τοῦ πυρός, *igne*, derivata est. Dioscorides ἰσχνοῖς δὲ δριμύ. Quod ineptè Plinius, *semine milii, vehementer aspero*, cum *fervente*, vel *fervido, calido, urente* dicendum esset. Galenus lib. VI. simp. Κραταιογόνου τῆς πόας ὁ καρπὸς ἐν δριμέσι γινομένοις ἐστὶ καὶ σφοδρῶς χρωμένοις κίγχρῳ ὑπάρχων. *Cratæogonon herbæ semen gustantibus acre est, & vehementer quidem iis, qui eo utuntur, milio simile.* Interpres, vir doctiss. maluit depravatam Æginetæ lectionem sequi, quam ad mentem Græci auctoris Græca verba interpretari; cum ait, *cratæogoni herbæ fructus, & acris gustanti est, & utenti frigidus, similis milio.* Sic apud Æginetam legi fateor, κραταιογόνου τῆς πόας ὁ καρπὸς τῷ δριμέσι χυμοῖσι ἐστὶ, τῷ ψυχρὸς κίγχρῳ ὑπάρχων. Imaginari nequeo, qua ratione quod gustanti acre est, utenti frigidum esse potest, hoc præter omnem est rationem. Scio euphorbium, diagredium & similia calida, & acria esse, refrigerare tamen. Sed hoc fit per accidens, quod expellant ardentem ac bilioſum humorem. Sed tali facultate cratæogonon pollere, nemo tradidit. Corruptum Æginetæ codicem esse verba Galeni citata testantur. Solet enim Paulus ex Galeno verba exscribere, & in suum referre codicem. Scribe itaque apud Æginetam, quomodo forte & Galenus scripsit, ὁ καρπὸς κίγχρῳ ὑπάρχων τῷ δριμέσι χυμοῖσι ἐστὶ τῷ σφοδρῶς χρωμένοις. Vel scribe ex ipso καὶ δριμέσι χυμοῖσι ἐστὶ & σφοδρῶς (quod mutatum in ψυχρὸς librariorum negligentia) χρωμένοις, κίγχρῳ ὑπάρχων. Κίγχρῳ ὑπάρχοντι, &c. Interpres cratæogoni & milii conferri facultates putavit, cum fiat figuræ comparatio, & fortassis imposuit Doctiss. viro non recta verborum compositio; quæ transponenda, uti jam diximus. Vult enim Galenus semen cratęgoni & milio simile esse, & in eo differre à milio, quod si quis tantum gustet, acre percipiat, & vehementer acre, si quis non gustet modo, sed etiam utatur. Et ex his Theophrastum scripsisse, uti restituimus, constare arbitror, innuit Oribasius, cum de fructu ait. τῷ δριμεῖς χυμοῖσι & σφοδρῶς. *Sapore idem semen vehemens & acre esse.* Dioscorides cratæogoni semen nasci testatur ἐν τοῖς συσκίοις τῷ φρυγανώδεσιν. Lacuna ex veteri codice restituit φρυγμώδεσιν id est *aridis.* Clariss. Salmasius in optimo exemplari scriptum refert φύεται ἐν συσκίοις, & φρυγμώδεσιν, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τόποις, *nascitur ut plurimum locis umbrosis, & in maceriis.* Non convenit inter recentiores, quæ planta sit cratęgonon. Nonnulli holostium Ruellii, alii gramen leucanthemum, à floris candore sic dictum, pro cratęgono habent, quo ad formam ac figuram optimè convenit, etiam semen milio simile, sed neutiquam acre aut fervens. Malunt alii hydropiper cratægonon statuere. Huic folia, & semen acre, piperis instar, unde & nomen. Sed huic perficæ, non lini folia. Accedit, quod semen cum milii semine non conveniat, est enim minutum, latiusculum, ruffum ac nigricans; milii verò parvum, durum, splendens, luteum, paucis tenuibusque tunicis vestitum. Addo quod cratęgonon in opacis frutetosis, maceriis aut aridis provéniat; in aquosis hydropiper. Alii cratægonon existimant, quod in sylvosis collibus & devexis, umbrosis, Narbonæ, Angliæ, Sabaudiæ passim locis, æstivo tempore fruticat, cubitum, sequicubitumque altum, plusculis & geniculatis germinibus, in alas multas divisis, euphrasiæ ritu, sed multo crassioribus & majoribus, quas ab imo totas, folia virentia, oblonga myagri, psyllii, linariæ, linique ambiunt, ingrati & nonnihil acris saporis, flores in summis, inter pinnata & angusta folia, ex luteo herbacei, qui marcescentes exalbescunt, rictu manente luteo, calaticuliis minoribus quam albæ digitalis, sed similiter digestis, & ut linariæ effigiatis. Semen in folliculo exiguo, milio non dispari, odore & sapore acri, in pollinem pultemque redactum, veneris incentivum, & seminis genitalis, quasi fermentum quoddam, esse scribunt. Hæc planta, si non cratęgonon ipsum, saltem plures habet notas satis quadrantes, quod inficias iri non potest.

Τῇ κλυμένῳ. Περικλύμενον, sterilitatem facere ait. Legendum enim περικλύμενον ut ex Dioscoride constat, qui id non de clymeno, sed periclymeno narrat lib. IV. cap. XIV. τὴν αὐτὴν δὲ καὶ τὰ φύλλα δύναμιν ἔχει ἡμέρας λζ ποθέντα τῇ ἀρρήτοις ἰσχεῖται ποιεῖν. *Sed & folia iisdem sunt prædita viribus; ac tricenis septenis diebus epota, sterilitatem in viris facere proditur.* Idem Galenus lib. VIII. simpl. De periclymeno, ξηραίνει δὲ καὶ πυίει φασὶ, τὰ ἐπίλοιπα πάντα, πυτάπασιν ἀχρήστοις γίνεσθαι τὸν σπερματικὸν

ἀρίζησι